De mittendo Magiſtrum *Andream de Offord* & *Willelmum de Bomere*, Canonicum ad præſentiam *A.* Epiſcopi *Tuſculani* & *Claromonte*, Cardinalis Nunciorum *Papæ* in *Francia*, & mediatorum pacis inter Regem & Dominum *Philippum de Valeſio*, ad exponendum voluntatem Regis in hac parte. Teſte ut ſuprà 20. Aprilis.

Membrana 18.

De aſſignando *Willelmum de Bohun* Comitem de *Northampton*, ad eligendum & arraiandum centum & quinquaginta homines *Wallenſes* in terra de *Merioneth* in *Wallia*, ad paſſagium Regis. Teſte ut ſuprà.

Conſimilia brevia diriguntur ſubſcriptis, &c.

Membrana 15.

Pro civitatibus & burgis ad eligendum & arraiandum homines armatos, & ad eos ducendos uſque *Porteſmuth*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Aprilis.

Membrana 1.

De conſtituendo *Hugonem Haſtings* Locumtenentem Regis in terra *Flandriæ*, & ad faciendum exercitum contra inimicos de *Francia*.

Digitized by Google

AN. DOM. 1346.

Intimatio facta hominibus de *Flandria*, de vinis Regi forisfactis. Data apud *Porceſtre* 28. Junii.

Membrana 27. dorſo.

De proclamatione facienda de ſigno communi per ignem ſuper montes, vel alio modo faciendo. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 15. Martii.

Membrana 22. dorſo

Pro *Reginaldo de Grey*, uno Cuſtodum portuum in comitatu de *Eſſex*, de morando cum hominibus, equis & armis propè mare contra invaſiones inimicorum. Teſte ut ſuprà 30. Martii.

Membrana 17. dorſo.

Quòd homines infrà ſex leucas à mari morantes exonerentur ad inveniendum homines ad arma, ratione moræ ſuæ pro defenſione partium illarum. Teſte ut ſuprà 30. Aprilis.

Membrana 15. dorſo.

De exonerando illos de inveniendo homines ad arma, hobelarios & ſagittarios pro terris ſuis pro paſſagio Regis. Teſte ut ſuprà 20. Aprilis.

Membrana 5. dorſo.

Pro Priore de *Coventry*, de ſuperſedendo exactioni pro contributione expenſarum pro vadiis hominum ad arma, ratione temporalium ſuorum in villa prædicta ſpiritualibus ſuis annexorum, de quibus decimam Regi ſolvit. Teſte Rege apud *Porceſtre* 13. Junii.

Rotulus Romæ de anno 20. Edwardi III.

Membrana 2.

Litera miſſa Domino *Papæ* ex parte *Walteri Wetewang* Clerici, Theſaurarii hoſpitii Regis, de hoſpitali *Sanctæ Crucis* prope *Winton* providendo. Data apud *Weſtminſter* 20. Februarii.

Litera excuſationis pro Rege *Papæ* factæ, ſuper captione bonorum, beneficiorum Eccleſiaſticorum pro ipſius defenſione neceſſaria, ſaltem ex cauſa crediti. Teſte ut ſuprà 12. Februarii.

Litera miſſa Domino *Papæ* contra Abbatem de *Ceſtria*, in impetrando exemptionem ab juriſdictione ordinaria. Data apud *Weſtminſter* 1. Aprilis.

Litera miſſa Cardinalibus, de fide adhibenda Magiſtro *Andreæ de Offord*, in exponendo intentionem Regis. Data ut ſuprà 20. Aprilis.

Membrana 1.

Literæ miſſæ Cardinalibus de *Naples* & *Clermont*, de non tractando ſuper reformatione pacis ſine aſſenſu alligantiarum ſuarum. Data apud *Porceſtre* 2. Julii.

Rotulus Romæ de anno 21. Edwardi III.

AN. DOM. 1347.

Litera miſſa Domino *Papæ*, de recommendatione Epiſcopi *Wintonienſis* contra ſuggeſtiones factas in Curia Romana per Archidiaconum de *Surrey*, ſuper annuo reditu dictæ Eccleſiæ *Wintonienſis*, & de revocando ea quæ in dicta Curia in præjudicium Coronæ Regis attemptata fuerint. Data apud *Redyng* 20. Julii.

Litera miſſa Domino *Papæ*, ex parte Comitiſſæ de *Pembroc*, de Sororibus *Minoriſſis* apud *Waterbecke*, transferendis ad domum Sororum *Minoriſſarum de Deney*, dioceſis *Elienſis*, & de Eccleſia de *Cheſtreton* concedenda. Data apud *Glouceſtre* 3. Septembris.

Digitized by Google

AN. DOM. 1347.

Membrana 1.

Litera missa Domino *Papæ*, de fide adhibenda Nunciis Regis in hiis quæ ex parte Regis explicabunt. Data apud *Westminster* 12. Decembris.

AN. DOM. 1348. 1349. 1350.

Rotulus Romæ de annis 22. 23. *&* 24. *Edwardi III.*

Membrana 3.

LItera missa Domino *Papæ*, de recommendatione Magistri *Roberti de Beremyngham*, super promotione sua ad Archiepiscopatum *Tuamensem* in *Hibernia*. Data apud *Westminster* 18. Decembris.

Membrana 1.

Litera missa Domino *Papæ*, de habendo salvum conductum à *Papa* pro Episcopo *Norwicensi*, *Henrico Lancastriæ* & *Ricardo Arundeliæ* Comitibus, & *Bartholomæo de Burghersh*, Nunciis Regis profecturis ad Curiam Romanam, ad tractandum ibidem de pace cum *Philippo de Valesio*. Teste ut suprà 28. Julii.

Pro Archiepiscopo *Armachano* redeundo ad partes *Hiberniæ*, & defendendo terras Ecclesiæ contra *Hibernicos*. Teste ut suprà 18. Februarii.

Litera missa Cardinalibus contra Archiepiscopum *Armachanum*, qui nititur impetrare nova privilegia in præjudicium Ecclesiæ *Dublinensis*. Teste ut suprà.

AN. DOM. 1347.

Rotulus Franciæ de anno 21. *Edwardi III.*

Membrana 37.

DE licentia danda *Johanni de Goshale*, quòd ipse recessit de partibus transmarinis, & apud domum suam moratur. Teste *Leonello* filio Regis, Custode *Angliæ* apud *Eltham* 1. Februarii.

Membrana 36.

Pro *Waltero de Bermyngham* Justiciario *Hiberniæ*, Cancellario & Thesaurario ibidem, ad excitandum Comitem de *Kildare* & alios, ad Regem veniendos. Teste ut suprà apud *Wyndsore* 26. Januarii.

Membrana 35.

De constituendo *Johannem de Monte-Gomerii* Admirallum flotæ navium versùs partes occidentales. Teste ut suprà apud *Redyng* 23. Februarii.

De intendendo eidem Admirallo, super arestatione navium & victualium, & ad ea usque *Caleys* ducenda pro sustentatione exercitûs Regis. Teste ut suprà 24. Februarii.

Membrana 34.

De arraiatoribus hominum ad arma in diversis comitatibus *Angliæ*, intendendis Custodibus terræ maritimæ. Teste ut suprà 16. Februarii.

Membrana 33.

De assignando *Thomam de Sancto Mauro*, *Johannem Mauduyt*, *Oliverum de Servyngton* & Vicecomitem de *Wiltes*, ad arraiandum homines ad arma, & eosdem ducendos ad Priorem *Sancti Swithuni*, & alios Custodes portuum & terræ maritimæ in comitatu de *Southampton*. Teste ut suprà 16. Februarii.

Consimilia brevia diriguntur arraiatoribus hominum in comitatibus subscriptis, &c.

Membrana 32.

De assignando *Owenum ap Oweyn*, *Walterum Atte-Berghe*, & *David ap Phillip*, ad eligendum homines *Wallenses* infrà terras de *Kaermerdyn* & alibi. Teste ut suprà 26. Februarii.

Digitized by Google

Eodem modo aſſignantur, &c.

Membrana 31.

De conſtituendo *Johannem Howard* Admirallum flotæ navium versùs partes boreales. Teſte ut ſuprà 8. Martii.

Membrana 28.

De aſſignando *Willelmum Chambernoun*, *Johannem Lowerell*, *Rogerum de Whitele* & Vicecomitem de *Devon*, ad eligendum & arraiandum ſagittarios. Teſte ut ſuprà 18. Februarii.

Conſimiles commiſſiones habent ſubſcripti, &c.

Membrana 26.

Pro *Richardo de Totyngton* & *Nicholao de Grenewich*, ad colligendum ſubſidium in portu de *London*, conceſſum per Prælatos, Magnates & probos homines de marina regni pro navibus ſuprà mare inveniendis. Teſte præfato Cuſtode apud *Redyng* 15. Martii.

Eodem modo aſſignantur ſubſcripti in portubus ſubſcriptis, &c.

Membrana 25.

Johannes Adam atte Poule & *Johannes Coke*, cum aliis aſſignantur ad colligendum ſubſidium in portubus & locis de *Mene Hamele in the Hok*, & *Hamele in the Rys*.

Membrana 23.

Pro Majore & Communitate de *London* arraiandis & parandis duas naves cum marinariis & ſagittariis benè muniendas. Teſte ut ſuprà 15. Martii.

Conſimilia brevia diriguntur Majoribus, Ballivis & probis hominibus villarum, portuum & locorum ſubſcriptorum, &c.

Membrana 21.

De aſſignando *Johannem Mauduyt*, *Johannem de Bocland*, *Johannem de Wynceſtre*, *Willelmum le Watte*, *Ricardum le Farnhell* & Vicecomitem de *Southampton*, Cuſtodes omnium portuum & litorum, ac terræ maritimæ ibidem. Teſte ut ſuprà 20. Martii.

Membrana 19.

De ductoribus *Wallenſium* aſſignatis. Teſte ut ſuprà 26. Februarii.

Membrana 18.

Pro *Johanne de Monte Gomery* Admirallo, habendo naves pro paſſagio Comitis de *Arundell*. Teſte ut ſuprà 7. Aprilis.

Membrana 17.

De aſſociando *Johannem Maurravers* & *Nicholaum de Poyntz* & alios, cuſtodes terræ maritimæ in comitatu de *Dorſet*. Teſte ut ſuprà 10. Aprilis.

De ſuperſedendo pro villis ad quas naves non pertinent, ac etiam de contributione facienda ad naves inveniendas. Teſte ut ſuprà 5. Aprilis.

Membrana 16.

De navibns parandis pro paſſagio *Willelmi de Clynton*, Comitis de *Huntingdon*. Teſte ut ſuprà 5. Aprilis.

De fœno providendo & uſque *Caleys* ducendo pro ſuſtentatione equorum ibidem. Teſte ut ſuprà 10. Aprilis.

De mille hominibus *Wallenſibus* ad Regem ducendis. Teſte præfato Cuſtode apud *Redyng* 12. Aprilis.

Membrana 13.

De navibus liberandis pro paſſagio Comitis de *Pembroc*. Teſte ut ſuprà 2. Aprilis.

Digitized by Google

Membrana 10.

De navibus pro paſſagio hominum de retinentia *Johannis Darcy*, liberandis. Teſte ut ſuprà 15. Maii.

Pro Comite de *Lancaſtre* & aliis Nobilibus feſtinandis ad Regem. Teſte ut ſuprà.

Membrana 9.

De navibus liberandis pro ductione flotæ versùs *Caleys*. Teſte 2. Maii.

Membrana 6.

De navibus liberandis pro paſſagio Comitis de *Lancaſtre*, cum ingenti numero hominum ad arma. Teſte ut ſuprà 19. Maii.

De ſexaginta navibus bene muniendis, mittendis ad flotam navium propè *Caleys*. Teſte ut ſuprà 16. Maii.

Membrana 5.

De certis pecuniarum ſummis pro navibus ſuprà mare inveniendis, cheviandis. Teſte ut ſuprà 2. Junii. (*Vide Membranam 1.*)

Membrana 4.

De prato in comitatu *Kantiæ* providendo, pro ſuſtentatione Equorum ducendorum uſque *Caleys*. Teſte ut ſuprà 5. Junii.

Membrana 35. dorſo.

De ſuperſedendo diſtrictioni de Abbate *Glaſtonienſi*, pro auxilio ad primogenitum filium Regis Militem faciendum. Teſte ut ſuprà 4. Februarii.

Membrana 34. dorſo.

De villis mittendis certos homines uſque *Weſtminſter*, ad informandum Regem & concilium ſuum ſuper aliquibus navigium tangentibus. Teſte ut ſuprà 15. Februarii.

De venire faciendo apud *Weſtminſter* de diverſis comitatibus, ad tractandum de coſtera maritima. Teſte Rege apud *Windſore* 15. Februarii.

Membrana 31. dorſo.

De proclamando, ne quis ducat victualia extra inſulam *Vectam*. Teſte præfato Cuſtode apud *Redyng* 15. Februarii.

Membrana 29. dorſo.

De compellendo homines, terras & tenementa infrà Inſulam *Vectam* habentes, ad morandum ibidem. Teſte ut ſuprà apud *Eltham* 30. Januarii.

Rotulus Franciæ de anno 21. Edwardi III. Pars ſecunda.

Membrana 26.

PRo *Johanne Howard* Admirallo, & *Ricardo de Beketon*, ad aſſidendum per viſum *Gilberti de Chishull*, portus, villas & litora mari adjacentia, ad ſuſtentationem navium. Teſte *Leonello* filio Regis, Cuſtode *Angliæ*, apud *Redyng* 25. Maii.

Membrana 24.

De navibus liberandis pro paſſagio *Reſi Ap Griffith*, ductoris ſeptingentorum hominum *Wallenſium* ad Regem. Teſte ut ſuprà 16. Junii.

Membrana 19.

De ſuperſedendo exactioni ſubſidii de bonis & mercandiſis quæ per mercatores extraneos ad portus regni *Angliæ*, causâ recreationis, vel propter tempeſtatem ducta fuerint. Teſte ut ſuprà 8. Julii.

Membrana

Digitized by Google

Membrana 17.

De victualibus providendis pro munitione villæ de *Caleys*. Teſte apud *Wigorn* 18. Septembris.

Membrana 16.

De conſtituendo *Andream de Guldeford*, Admirallum in terra *Hiberniæ*, necnon Cuſtodem omnium portuum & locorum maritimorum partium illarum. Teſte apud *Abyndon* 30. Maii.

De navibus areſtandis pro paſſagio quorundam Magnatum & fidelium Regis versùs *Vaſconiam*, pro defenſione ejuſdem Ducatûs. Teſte apud *Evesham* 4. Septembris.

Membranæ 14. & 13.

Pro *Ricardo de Totyngton* & *Nicholao de Grenewich*, ad colligendum in portu de *London*, ſubſidium per Prælatos, Magnates & probos homines, de marina regni, Regi conceſſum in ſubventionem quarundam navium. Teſte apud *Wodeſtoke* 1. Octobris.

Eodem modo aſſignantur ſubſcripti, &c.

Membrana 12.

De carbonibus maritimis & ſalmonibus uſque villam *Caleſiæ* ducendis pro munitione ejuſdem. Teſte ut ſuprà 20. Septembris.

Hic rediit Rex à partibus tranſmarinis in *Angliam.*

Membrana 11.

De officio Contrarotulatotis duorum ſolidorum de ſacco, & ſex denariorum de libra in portu de *London*, commiſſo *Petro Sterre.* Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Octobris.

Membrana 10.

De victualibus pro munitione villæ *Caleſiæ*, recipiendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 22. Octobris.

De conſtituendo *Willelmum de Stury*, Seneſcallum villæ de *Caleys*. Teſte ut ſuprà 4. Decembris.

Membrana 9.

De ſuperſedendo levationi ſubſidii ſex denariorum de libra. Teſte ut ſuprà 26. Novembris.

Membrana 8.

De areſtando *Guillielmum le Comte* in inſula *Vecta*, & liberando ad *Guillielmum de Wincheles*; ſicut priſonem ſuum tenendum. Teſte ut ſuprà 12. Decembris.

Membrana 7.

De officio Ballivi villæ de *Caleys*, & de feodis ſuis, necnon de officio Sub-ballivi & de proficuis pertinentibus eidem officio, ac etiam de cuſtumis bonorum & mercandiſarum ibidem captis.

Membranæ 6. & 5.

C'eſt la Ley de *Caleys* confermé per Comitiſſam d'*Artois* & *Bourgoigne.*

Membrana 4.

De certis articulis in villa de *Caleys* obſervandis.

De conſtituendo *Johannem de Chivereſton*, Capitaneum & Cuſtodem villæ de *Caleys*. Teſte ut ſuprà 1. Septembris.

De conſtituendo *Willelmum de Salop*, cuſtodem monetæ in villa *Caleſiæ*. Data ut ſuprà 1. Octobris.

De ſagettis & genetta pro reparatione portûs de *Caleys*, providendis. Teſte Rege apud *Guldeford* 27. Decembris.

Digitized by Google

Membranæ 3. & 2.

De confirmatione pro gentibus villæ de *Caleys* de legibus & consuetudinibus suis. Data apud *Westminster* 3. Decembris.

Membrana 1.

Johannes de Compton, Miles, qui in Comitiva *Johannis de Cheverston*, Capitanei villæ de *Caleys*, moratur, habet literas de protectione. Teste ut suprà 18. Januarii.

Membrana 21. dorso.

De supersedendo exactioni pecuniæ de Comite de *Devon*, Custode terræ maritimæ ibidem, ratione terrarum & tenementorum quæ tenet in Comitatu de *Wiltes*, pro hominibus ad arma super custodia maritimæ in Comitatu de *Devon*. Teste præfato Custode apud *Redyng* 1. Julii.

Membrana 18. dorso.

De proclamatione facienda de victualibus usque *Caleys* ducendis, quia Adversarius *Franciæ* cum toto exercitu suo valde grandi ad distantiam trium leucarum à nobis ad plus, jam se collocavit & tentoria sua ibidem fixit. Teste ut suprà 23. Julii.

Membrana 17. dorso.

De intimando de villa *Calesiæ* capienda in manus Regis per conquestum, & de proclamando quod si homines, tam mercatores quàm alii, qui ad dictam villam cum victualibus & aliis rebus venire voluerint, ibidem moraturi, Rex concedet eis domos pro inhabitatione sua. Teste ut suprà 12. Augusti.

Membrana 15. dorso.

De proclamando quod homines ad arma & sagittarii veniant versùs *Caleys*, quia Rex cepit per consilium magnatum & aliorum ad præliandum cum dicto Adversario, si ad Regem declinaverit, vel aliàs ad equitandum in regnum *Franciæ*, & progressum guerrinum continuandum pro juribus suis recuperandis. Teste ut suprà apud *Wigorne* 8. Septembris.

Membrana 10. dorso.

De treugis initis in vigilia Sancti Michaelis inter Regem & Adversarium suum, & duraturis usque ad quindenam S. Johannis Baptistæ.

Membrana 9. dorso.

De proclamando quòd naves applicent apud villam de *Caleys*, & non alibi. Teste Rege apud *Westminster* 28. Novembris.

Membrana 8. dorso.

De inquirendo de marinariis qui recesserunt ab obsequio Regis in obsidione de *Caleys*. Teste ut suprà 30. Novembris.

An. Dom. 1347. *Rotulus Cartarum & Patentium apud* Caleys, *de anno* 21. *Edwardi* III.

Membranæ 1. 2. & 3.

DE diversis hospitiis in villa *Calesiæ* datis & concessis. Teste 8. Octobris.

Membrana 4.

De protectione pro Cardinalibus. Data 4. Octobris.
Procuratorium ad tractandum. Datum 25. Septembris.
Pro *Henrico* Comite de *Lancastre*, de prisonariis captis tempore captionis villæ *Sancti Johannis Angeliaci*. Data 3. Octobris.
De Capitaneo de *Caleys*, constituto. Data 8. Octobris.

Digitized by Google

Membrana 8.

Procuratorium ad tractandum de ſponſalibus. Data 1. Septembris.
Pro *Roberto Reham*, de *Maſculino Flemyng*, de cuſtodia evadente. Data 6. Auguſti.
Pro Univerſitate villæ de *Lavardaco*. Data 2. Auguſti.
Pro *Thoma de Holland*, de Conſtabulario *Franciæ* in guerra capto. Data 16. Junii.

Membrana 13.

Pro Comite de *Lancaſtre*, de caſtro & villa de *Brageriaco* (*Bergerac*) per inſultum captis. Data 1. Junii.

Membrana 15.

Indempnitas pro Duce *Gelriæ*. Data 6. Maii.

Membrana 16.

Pro *Thoma de Holland*. Data 16. Junii.

Membrana 18.

Litera teſtificatoria de temporalibus Epiſcopatûs *Norwicenſis*, in manum Regis ritè captis. Data 26. Aprilis.

Membrana 20.

De protectione pro mercatoribus de Venetiis. Data 10. Aprilis.
Procuratorium ad tractandum de retentione galeoni. Data 13. Aprilis.

Membrana 22.

Pro Comite de *Lancaſtre*, exoneratio de officio Capitanei, & Locumtenentis Regis in Ducatu *Aquitaniæ*. Teſte Rege juxta *Caleſium* 1. Februarii.

Membrana 19.

De conductu pro *Johanne Mautravers* veniendo in Angliam & morando ibidem, quouſque judicium in Parliamento contra eum propter errores adnullatum ſit. Teſte ut ſuprà 26. Februarii.

Membrana 17.

De cuſtodia Turris de *London*, commiſſa *Johanni Darcy* le fils. Teſte ut ſuprà 7. Julii.

Membrana 15.

Indempnitas pro Duce *Gelrenſi* contra *Johannem* Ducem de *Brabant*. Data apud *Caleys* 6. Maii.

Membrana 13.

De caſtro, villa & loco de *Brageriaco* (*Bergerac*), unà cum caſtellania & omni juſticiatu conceſſis *Henrico* Comiti de *Lancaſtre*. Data juxta *Caleſium* 1. Junii.

Membrana 8.

De concedendo *Thomæ de Holland* quatervíginti millia florenorum de ſcuto in remuneratione ſervitii ſui in capiendo Comitem de *Eu*, Conſtabularium de *Francia*, priſonem. Teſte ut ſuprà 16. Junii.
De villa de *Laverdaco* annexanda Coronæ *Angliæ* Teſte ut ſuprà 1. Auguſti.

Membrana 4.

De poteſtate data *Radulfo*, Baroni de *Stafford*, *Reginaldo de Cobham*, *Johanni Darcy*, & *Roberto de Bourgchier*, ad tractandum cum *Philippo de Valeſio* de pace ſive de treugis. Data à *Caleys* 25. Septembris.
De protectione pro procuratoribus Cardinalium de *Naples* & de *Claro-monte* (*Clermont*) veniendis in *Angliam* pro expeditione negotiorum ſuorum. Teſte ut ſuprà 5. Octobris.

Digitized by Google

An. Dom. 1348.

Rotulus Franciæ de anno 22. Edwardi III.

Membrana 19.

DE conſtituendo *Willelmum de Salop*, Cuſtodem Monetæ apud *Caleys*. Data apud *Weſtminſter* 6. Februarii.

Membrana 17.

De conſtituendo *Amerighum de Pavia*, Capitaneum galearum Regis, necnon de poteſtate ei conceſſa. Teſte ut ſuprà 24. Aprilis.

De conſtituendo *Hugonem de Nevill*, Militem, & *Yvonem de Glynton*, Nuncios Regis ad tractandum cum Epiſcopo *Leodienſi*, & Comite de *Loos* ſuper ligis & amicitiis. Data ut ſuprà 4. Maii.

Pro eiſdem ad petendum reformationem dampnorum per Ducem de *Brabant*, & ſubditos ſuos illatorum Regi & ſubditis ſuis. Data ut ſuprà.

Pro eiſdem ad petendum de Duce & Duciſſa *Gelriæ*, ut ſuprà.

Membrana 16.

De conſtituendo *Walterum de Manny*, Admirallum flotæ navium versùs partes boreales. Teſte ut ſuprà 14. Martii.

De ſtapula ſtanni, plumbi & pannorum laneorum apud *Caleys* tenenda. Teſte ut ſuprà 5. Aprilis.

Membrana 13.

De conſtituendo *Thomam Faſtolfe*, Archidiaconum, Magiſtrum *Johannem de Carleton*, ac Fratrem *Johannem de Reppe*, Procuratores Regis ad tractandum de treuga apud *Caleys* cum *Francia* proroganda. Data ut ſuprà 15. Maii.

De treugis in partibus *Britanniæ* obſervandis. Teſte ut ſuprà 6. Auguſti. (*Vide Membranam 12. dorſo*).

Membrana 12.

De conductu pro *Johanne*, Domino de *Rieux*, & aliis veniendis in Angliam ad tractandum cum Rege & Concilio ſuo ſuper deliberatione *Caroli de Blois*, priſonarii. Teſte ut ſuprà 30. Julii.

Membrana 11.

De concedendo *Radulfo de Caours*, mille libratas terræ ad ſterlingum de terris per ipſum adquiſitis & adquirendis, tam de terra de *Rays* in *Britannia* quàm in *Pictavia*. Teſte ut ſuprà 10. Auguſti.

Membrana 10.

De treugis cum *Francia* obſervandis. Data ut ſuprà 6. Auguſti.

Membrana 5.

Pro *Willelmo* Epiſcopo *Norwicenſi*, Comitibus de *Lancaſtre* & *Suffolc*, *Waltero de Manny*, Milite, & Magiſtro *Johanne de Carleton*, ad tractandum cum Adverſario *Franciæ* ſuper quibuſcunque controverſiis, necnon de pace & prorogatione treugarum. Data apud *Weſtminſter* 25. Decembris.

Membrana 4.

Pro eiſdem cum aliis ad tractandum cum hominibus & Comite *Flandriæ*, ut ſuprà. Teſte ut ſuprà 11. Octobris.

Membrana 3.

Forma concordiæ inter Regem & Comitem *Flandriæ*. Data apud *Turrim de London* 10. Decembris.

Membrana 1.

De conſtituendo *Henricum*, Comitem de *Lancaſtre*, Locumtenentem Regis in

Digitized by Google

AN. DOM. 1348.

partibus *Flandriæ* & *Caleſii* ac in regno *Franciæ*, cum poteſtate ei conceſſa. Data ut ſuprà 25. Septembris.

De conſtituendo *Johannem de Bello-campo* (*Beauchamp*), Capitaneum villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 1. Januarii.

Membrana 16. dorſo.

De proclamando quòd ſtapula ſtanni, plumbi, plumæ & pannorum laneorum teneatur apud *Caleys*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 5. Aprilis.

Membrana 11. dorſo.

De quatuor hominibus villæ *Caleſiæ* veniendis coram Rege & Concilio ſuo ad oſtendendum proficuum ſtapulæ, quod Regi & dictæ villæ inde jam accidit & proceſſu temporis evenire poterit. Teſte ut ſuprà 1. Septembris.

Indentura facta inter Regem & *Radulfum de Caours* de terris ei datis, & de promiſſione ejuſdem *Radulfi* de ſerviendo Regi in guerris ſuis ad cuſtus ſuos proprios. Data ut ſuprà 9. Auguſti.

De treugis inter Regem, & adverſarios ſuos *Franciæ*, quæ incipient die ſabbati 13. Sept. 1348. & durabunt uſque ad diem Sabbati 25. Octobris proximo ſequentem. Data apud *London* 5. Septembris.

Membrana 10. dorſo.

De treugis prædictis proclamandis. Teſte Rege ut ſuprà 11. Septembris.

Membrana 4. dorſo.

De proclamando quòd omnes homines ad arma, hobelarii & ſagittarii apud *Sandwicum* ſe trahant, ubi Rex paſſagium ſuum ordinavit. Teſte Rege apud *Turrim de London* 22. Octobris.

Rotulus Franciæ de anno 23. Edwardi III.

AN. DOM. 1349.

Membrana 11.

DE aſſignando *Richardum Talbot*, Seneſcallum hoſpitii Regis, *Johannem de Beauchamp*, Capitaneum villæ *Caleſiæ*, & *Stephanum de Cuſyngton*, juſticiarios Regis ad deliberandum felones in *Caleſia*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. Februarii.

De poteſtate data *Ricardo Talbot*, Magiſtro *Johanni de Carleton*, & *Stephano de Coſynton*, Militi, ad recipiendum innovationes Sacramentorum fidelitatis in hominibus *Flandriæ*. Teſte ut ſuprà 5. Februarii.

Membrana 10.

De poteſtate data Epiſcopo *Norwicenſi*, Comitibus de *Northampton*, & *Huntingdon*, Priori *Roffenſi*, *Reginaldo de Cobham*, *Roberto Bourghchier*, ac Magiſtro *Johanni de Carleton* ad tractandum cum Adverſario *Franciæ*, ſuper prorogatione treugarum. Data apud *Langele* 13. Aprilis.

Membrana 8.

De moneta in villa *Caleſiæ* facienda. Teſte Rege apud *Wodeſtoke* 28. Maii.

Membrana 7.

De poteſtate data Epiſcopo *Norwicenſi*, &c. de prorogatione treugarum. Data ut ſuprà.

Membrana 6.

De diſcordiis inter *Radulfum de Caours*, & *Walterum de Bentle*, ſedandis. Data apud *Weſtminſter* 20. Junii.

De conſtituendo *Johannem de Bello Campo*, Capitaneum villæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Clarendon* 12. Julii.

Digitized by Google

An. Dom. 1349.

De poteſtate commiſſa eidem Capitaneo dimittendi terras & tenementa infra villam *Caleſiæ*, ad dominium ibidem in feodo ſeu ad terminum vitæ vel annorum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. Auguſti.

Membrana 5.

Hic liberatum fuit magnum ſigillum *Johanni* Epiſcopo *Menevenſi*, cuſtodiendum.

Membrana 4.

De poteſtate data Magiſtris *Ricardo de Northburgh*, & *Andreæ de Offord*, Archidiaconis, *Ricardo de Wymondwold*, & Magiſtro *Roberto de Asheby*, ad petendum reformationem attemptatorum contra treugas cum *Francia*, & ad tractandum ſuper prorogatione treugarum. Data ut ſuprà 28. Auguſti.

Membrana 3.

De poteſtate data *Roberto de Harle*, & *Ricardo de Totesham* Militibus, ad tractandum cum Comite *Flandriæ*, ſuper approbatione omnium articulorum apud *Dunkirke* concordatorum. Data ut ſuprà 15. Octobris.

Membrana 2.

De concedendo *Waltero de Bentle*, & *Johannæ* uxori ejus Dominæ de *Clitzon*, caſtra, villas & terras de *Beauvar*, *Ampant*, la *Barre*, la *Baye*, & de *Caſtelneof*, necnon inſulas & fortalitia de *Noirmouſtier* & de *Chauvet*, & medietatem inſulæ de *Boign*, ac etiam totum ſalem ibidem. Data ut ſuprà 20. Octobris.

Pro eodem. Data ut ſuprà.

Membrana 1.

De marinariis eligendis & capiendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 27. Decembris.

De conſtituendo *Johannem de Bello-campo de Warrewick*, Admirallum flotæ navium versùs partes occidentales. Teſte ut ſuprà 24. Januarii.

Membrana 10. dorſo.

Treugæ inter Regem *Angliæ* & Regem *Franciæ*, duraturæ à die datæ præſentium uſque primum diem Septembris. Data en nos tentes inter *Guynes* & *Caleys* 18. Novembris. A. D. 1348.

Membranæ 9. & 8. dorſo.

De prorogatione treugarum prædictarum à primo die Septembris uſque diem Pentecoſtes A. D. 1350. Data inter *Caleys* & *Guiſnes* 2. Maii, anno Domini 1349.

An. Dom. 1350.

Rotulus Franciæ de anno 24. Edwardi III.

Membrana 14.

PRo Burgenſibus villæ *Caleſiæ* habendis paſſagium hominum & equorum ab eadem villa in regnum *Angliæ*, vel alibi, eodem modo prout *Dover* habet. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 8. Martii.

Rex conceſſit *Waltero de Bentle* & uxori ejus patriam de *Baye*, & totum ſalem de dicta patria. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Februarii.

Membrana 12.

De conſtituendo *Robertum de Herle*, Capitaneum villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 9. Martii.

Membrana 11.

De conductu pro *Johanne de Dalton*, Milite, veniendo infra regnum *Angliæ*. Teſte ut ſuprà 5. Aprilis.

Membrana 10.

De conſtituendo *Henricum de Tatton*, Clericum, Theſaurarium apud *Caleſium*. Teſte ut ſuprà 22. Martii.

Digitized by Google

De assignando *Johannem de Whitton*, Locumtenentem *Johannis de Bellocampo*, Admiralli flotæ navium versùs partes occidentales. Teste ut suprà 20. Martii.

Pro civitatibus & villis inveniendis homines armatos & eos mittendis usque *Sandwicum*. Teste ut suprà.

Membrana 8.

De potestate data *Willelmo*, Episcopo *Norwicensi*, *Roberto de Ufford*, Comiti de *Suffolc*, *Thomæ Cok*, & *Roberto de Herle*, ad tractandum cum Commissariis Adversarii *Franciæ* de pace seu de treugis. Data ut suprà.

De conductu pro *Thoma le Bastard de Francia*, veniendo in *Angliam*, super duello inter ipsum & *Johannem Viscontes*, Militem, coram Rege faciendo. Data ut suprà 24. Junii.

Membrana 7.

De navibus & marinariis capiendis & arestandis, & usque portum de *Sandwico* ducendis. Teste ut suprà 23. Julii.

Membrana 6.

De constituendo *Robertum de Morle*, Admirallum flotæ navium versùs partes occidentales. Teste ut suprà 22. Julii.

De assignando *Willelmum de Clynton*, Comitem de *Huntingdon*, & *Bartholomæum de Burghersh*, Custodes omnium portuum & litorum ac terræ maritimæ ab ore aquæ *Thamesiæ*, versùs partes australes & occidentales. Teste ut suprà.

Pro *Margareta* Imperatrice, sorore *Philippæ* Reginæ *Angliæ*, cujus filius *Willelmus*, Dux *Bavariæ*, &c. Data 26. Octobris.

Membrana 5.

De assignando *Robertum de Harle*, Militem, Capitaneum villæ *Calesiæ*, ad audiendum appellationes infra dominium de *Caleys* & partes adjacentes. Teste Rege apud *Westminster* 7. Augusti.

De potestate data Magistro *Michaeli de Northburgh*, Secretario, Magistro *Johanni de Carleton*, Decano, & *Roberto de Herle*, Militi, ad tractandum cum *Ludovico* Comite *Flandriæ*, super approbatione articulorum apud *Dunkirke*, concordatorum. Data apud *Winchelse* 3. Septembris.

Membrana 4.

De potestate data *Roberto de Herle*, & Magistro *Andreæ de Offord*, Archidiacono, ad audiendum querelas subditorum tam Regis quàm Comitis *Flandriæ*, & petendum reformationem injuriarum. Teste Rege apud *Westminster* 16. Octobris.

De conductu pro quindecim personis Comitis d'*Eu*, ad partes transmarinas transeundis pro redemptione sua, & aliis negotiis. Teste ut suprà 20. Octobris.

Pro *Willelmo de Stury*, Milite, de disponendo pro custodia terrarum *Zelandiæ*, *Hollandiæ* & *Frisiæ*. Teste ut suprà 26. Octobris.

De potestate data *Roberto de Herle*, & Magistro *Andreæ de Offord* ad firmandum treugas cum Commissariis *Johannis*, filii *Philippi de Valesio*, defuncti apud *Calesium* ultimo initas. Teste ut suprà 2. Novembris.

Membrana 3.

De conductu pro servientibus *Caroli de Blois*, prisonarii versùs partes transeundis pro negotiis suis expediendis. Teste Rege apud *Hertford* 24. Septembris.

De constituendo *Walterum de Bentle*, Capitaneum & Locumtenentem Regis in Ducatu *Britanniæ*. Teste ut suprà 12. Septembris.

De potestate data *Waltero* Domino de *Manny*, *Willelmo Burton*, *Willelmo Stury*, Militibus, ac *Ivoni de Clynton*, Clerico, ad tractandum cum *Margareta*, Romanorum Imperatrice, sorore Regis, super regimine & custodia partium *Zelandiæ*, *Hollandiæ* & *Frisiæ*, ab ea recipiendis. Data apud *Westminster* 21. Octobris.

Pro eisdem ad tractandum cum prædicta Imperatrice, & *Willelmo*, Duce *Bavariæ*. Data ut suprà.

Membrana 2.

De potestate data Magistro *Michaeli de Northburgh*, *Roberto de Herle*, & Magistro

Digitized by Google

Andreæ Offord, ad firmandum treugas cum Commiſſariis *Johannis*, filii *Philippi de Valeſio*, defuncti, inter *Caleſium* & *Bononiam* ultimo initas. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. Novembris.

De poteſtate data *Roberto de Herle*, Magiſtro *Andreæ de Offord*, *Henrico Pycard*, & *Johanni de Weſenham* ad tractandum cum Magiſtris & marinariis ac aliis de *Iſpania* apud *Portum del Iwine*, & alibi in *Flandria*, ſuper debatis, necnon ſuper ligis & amicitiis. Data ut ſuprà 11. Novembris.

Membrana 11. dorſo.

Pro *Hugone de Courtenay*, Comite de *Devon*, & aliis veniendis ad tractandum cum Rege & Concilio ſuo apud *Weſtminſter*, ſuper paſſagio ad partes tranſmarinas. Teſte ut ſuprà 20. Martii.

De proclamando quòd homines ad arma, hobelarii & ſagittarii ſint apud *Sandwicum* ad transfretandum cum Rege. Teſte ut ſuprà.

Membrana. 8. dorſo.

De treugis inter Regem *Angliæ*, & Adverſarium *Franciæ*, proclamandis. Teſte ut ſuprà 1. Julii.

Membrana 7. dorſo.

De treugis inter Regem & Adverſarios ſuos *Franciæ* à die datæ præſentium uſque primum diem Auguſti, & ex tunc per unum annum proximo ſequentem duraturis, acta ſigillata in campis juxta *Caleſium* 13. Junii, A. D. 1350.

Rotulus Franciæ de anno 25. Edwardi III.

An. Dom. 1351.

Membrana 15.

De protectione pro Comitiſſa d'*Ormond* nuper uxore *Thomæ Daggeworth*, Militis, jam defuncti. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. Martii.

De conſtituendo *Henricum* Ducem de *Lancaſtre*, Capitaneum & Admirallum flotæ navium versùs partes occidentales. Teſte ut ſuprà 8. Martii.

Eodem modo conſtituitur *Willelmus de Bohun*, Comes de *Northampton*, Admirallus flotæ navium versùs partes boreales. Data ut ſuprà.

Membrana 14.

De navibus in partibus *Hiberniæ* areſtandis, & eas uſque *Porteſmuth* ducendis. Teſte ut ſuprà 10. Martii.

De poteſtate data *Henrico*, Duci de *Lancaſtre*, Magiſtris *Johanni de Carleton*, Decano, & *Andreæ de Offord*, Archidiacono, ad tractandum cum Imperatrice *Romanorum*, ſorore Regis, ſuper ligis & amicitiis. Data apud *Weſtminſter* 20. Martii.

Membrana 13.

De domibus in villa *Caleſiæ* ac terris & paſturis infra dominium ibidem ad firmam dimittendis. Teſte ut ſuprà 1. Aprilis.

Membrana 12.

Pro *Henrico*, Duce de *Lancaſtre*, & aliis ad tractandum cum prædicta *Imperatrice*, & *Willelmo* Duce *Bavariæ*, ſuper ligis & amicitiis. Data apud *Eltham* 20. Martii.

De conſtituendo *Thomam de Baddeby*, Clericum, Theſaurarium villæ de *Caleys*. Teſte Rege apud *Windſore* 26. Aprilis.

Membrana 11.

De conſtituendo *Johannem de Bello-campo* Capitaneum & Cuſtodem villæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. Martii.

De poteſtate data *Henrico*, Duci de *Lancaſtre*, & aliis ad tractandum cum Comite *Flandriæ*,

Digitized by Google

Flandriæ, ſuper reformatione attemptatorum contra tractatum apud *Dunkirke*, habitum. Teſte ut ſuprà 20. Martii.

De poteſtate data Magiſtris *Bernardo de Caulaſon*, Archidiacono, *Ricardo de Wymondeſwolde*, & *Roberto de Askeby*, ad tractandum cum Rege *Arragoniæ* ſuper ligis & amicitiis. Teſte ut ſuprà 12. Maii.

De conductu pro primogenito Marchionis *Juliacenſis*, & fratre ejus veniendis infra regnum *Angliæ* pro negotiis Regem & ipſos tangentibus. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. Maii.

Membrana 10.

De aſſignando *Walterum de Manny* ad tractandum cum *Imperatrice Romanorum*, & Ducibus *Bavariæ*, filiis ſuis, ſuper diſſenſionibus inter eos ſedandis. Data ut ſuprà 22. Maii.

Membrana 9.

De aſſignando *Willelmum de Bodringan*, & *Johannem Dabernon*, Cuſtodes omnium portuum & litorum ac terræ maritimæ in Comitatu *Cornubiæ*. Teſte ut ſuprà 5. Maii.

Eodem modo aſſignantur ſubſcripti, &c.

De aſſignando Abbatem de *Quarrera*, *Thomam Haket*, & *Robertum Chambellein*, Cuſtodes Inſulæ *Vectæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. Maii.

De pardonatione pro hominibus de *Gandavo* qui devenerunt in obedientiam Regis, recognoſcentes eum Regem *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 20. Mai.

Membrana 8.

De aſſignando *Walterum de Manny*, ad tractandum cum Imperatrice *Romanorum* ac Ducibus *Bavariæ* filiis ſuis ſuper diſſenſionibus inter eos, & quoſdam homines *Hollandiæ* & *Zelandiæ*, ſedandis. Teſte ut ſuprà 22. Maii.

Pro *Francone de Hale*, & *Stephano de Coſyngton*, aſſignatis ad tractandum cum Comite *Flandriæ*, & communitate ibidem ſuper liga & amicitia, ac mutua communione. Data ut ſuprà 20. Junii.

De conſtituendo *Robertum Harle*, Capitaneum & Cuſtodem villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 30. Junii.

De poteſtate data Epiſcopo *Norwicenſi*, Comiti de *Huntingdon*, *Bartholomæo de Burghersh*, & *Roberto de Harle*, ad tractandum cum Nunciis Adverſarii *Franciæ*, de pace finali & de treugis. Teſte ut ſuprà 27. Junii.

De navibus & marinariis areſtandis, & uſque portum de *Hamelhoke* juxta *Southampton*, ducendis pro paſſagio Magnatum & aliorum. Teſte Rege apud *Turrim de London* 20. Junii.

De navibus regni *Angliæ* apud portum del *Scluſe* in *Flandria*, areſtandis & uſque regnum *Angliæ* ducendis. Teſte ut ſuprà 20. Junii.

Membrana 7.

De aſſignando *Rogerum de Bello-campo*, *Thomam de Seymore*, *Johannem Bluet*, *Johannem de la Roche*, *Thomam de la Ryvere*, Vicecomitem de *Wiltes*, ad eligendum & arraiandum ſagittarios ibidem. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 15. Junii.

Eodem modo aſſignantur ſubſcripti, &c.

Pro Majore & Vicecomitibus de *London*, eligendis ducentos ſagittarios. Teſte ut ſuprà 27. Junii.

De ſagittariis electis & arraiatis in Comitatu de *Glouceſtre*, liberandis *Johanni Charnells*, Conſtabulario *Burdegalæ*. Teſte ut ſuprà 29. Junii.

Membrana 6.

De hominibus *Wallenſibus* eligendis. Teſte ut ſuprà 15. Junii.

De triginta ſagittariis in villa de *Coventry* eligendis & arraiandis. Teſte ut ſuprà 15. Julii.

Membrana 5.

De concedendo *Johanni de Perve*, quòd ipſe & terra ſua in Ducatu *Britanniæ*,

Digitized by Google

An. Dom. 1351.

quieti ſint de impoſitionibus & vigiliis pro expenſis Capitanei & aliorum miniſtrorum. Data ut ſuprà 6. Julii.

De domibus placeis & cotagiis in villa *Caleſiæ*, conceſſis *Johanni de Gerwardby*. Teſte Rege apud *Turrim de London* 29. Julii.

Membrana 4.

De protectione pro Mercatoribus de *Hiſpania*. Data ut ſuprà 1. Auguſti.

De poteſtate data Epiſcopo *Norwicenſi* & aliis, ad tractandum, &c. ut ſuprà.

Membrana 3.

De recipiendo & audiendo appellationes apud civitatem *Vannetenſem* (*Vannes*) ab inferioribus Curiis Ducatûs *Britanniæ*. Data apud *Weſtminſter* 1. Julii.

De conductu pro *Willelmo*, Duce *Bavariæ*, ad regnum *Angliæ* ex certis cauſis veniendo. Teſte ut ſuprà 18. Julii.

De licentia danda *Ricardo de Totesham*, Chivaler, ad proſequendum pro priſonario ſuo, videlicet Domino de *Garenceres*. Teſte 27. Julii.

Pro Magiſtro *Michaele de Northburgh*, Secretario, recipiendo ſecuritatem de *Karolo de Blois*, ſuper deliberatione ſua. Data apud *Turrim de London* 4. Septembris.

De poteſtate data eidem *Michaeli*, ſoli firmandi treugas inter Regem *Angliæ*, & Adverſarium *Franciæ* apud *Caleys* ultimo initas. Teſte ut ſuprà.

Membrana 2.

De obligatione pro ſecuritate reditûs *Johannis de Bello-campo*, ad priſonam Adverſarii *Franciæ*. Data apud *Weſtminſter* 4. Decembris.

Membrana 1.

De Regis ordinatione ſuper ſubmiſſione Imperatricis *Romanorum* & Ducum *Bavariæ*, ſuper diſſenſionibus inter eos de caſtris in partibus *Hollandiæ* & *Selandiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 10. Decembris.

De conſtituendo *Ricardum de Eccleshale*, Theſaurarium villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 30. Decembris.

Membrana 8. dorſo.

Indentura inter Dominum Regem, & Mercatores de *Iſpania* confecta. Data apud *Turrim de London* 20. Junii.

Membrana 5. dorſo.

De treugis inter Regem *Angliæ* & Regem *Caſtellæ*, & Comitem del *Biſcaye*, duraturis à die datæ præſentium pro viginti annis. Data apud *London* 1. Auguſti.

Proclamatio treugarum prædictarum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 10. Auguſti.

Membrana 2. dorſo.

De treugis inter Regem *Angliæ*, & Adverſarium ſuum *Franciæ* incipiendis ſuper 11. die Septembris, A. D. 1351. & duraturis uſque ad eundem 11. diem Septembris, A. D. 1352. Data 11. Septembris.

Membrana 1. dorſo.

De proclamatione treugarum *Franciæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. Octobris.

An. Dom. 1352.

Rotulus Franciæ de anno 26. Edwardi III.

Membrana 13.

DE aſſignando *Johannem de Gateſden*, Cuſtodem Inſulæ *Vectæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 9. Martii.

De aſſignando *Walterum de Manny* ad ſupervidendum ſtatum caſtri & villæ *Caleſiæ*, & aliorum caſtrorum in eiſdem partibus, & numerum hominum ad arma & ſagittariorum in munitionibus eorundem. Teſte ut ſuprà 28. Maii.

Digitized by Google

Membrana 11.

De naviculis & marinariis pro paſſagio *Walteri de Bentele*, Capitanei Ducatûs *Britanniæ* areſtandis. Teſte Rege apud *Turrim de London* 1. Maii.

Membrana 10.

De conductu pro *Romanorum Imperatrice*, ſorore Regis, redeunda ad partes ſuas proprias. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 16. Martii.

De aſſignando Magiſtrum *Michaelem de Northburgh* & *Robertum de Harle*, ad repiendum ducenta millia ſcutorum à *Karolo de Blois*, priſonario, in parte quadringentorum millium ſcutorum pro redemptione ſua.

Pro eiſdem ad recipienduum ſecuritatem ab eodem *Karolo*, de redeundo ad priſonam, qui profecturus eſt ad partes *Franciæ*, ad tractandum cum amicis ſuis ſuper redemptione ſua. Teſte ut ſuprà 26. Martii.

De compellendo homines habentes terras in inſula *Vecta*, ad inveniendum homines ad arma pro defenſione ejuſdem. Teſte ut ſuprà 9. Aprilis.

Litera miſſa Duci & hominibus de *Janua* (*Gennes*), de denegando ſervitium galearum Adverſario *Franciæ* contra Regem. Data ut ſuprà 6. Maii.

De navibus areſtandis, & uſque portum de *Sandwico* ducendis. Teſte ut ſuprà 28. Maii.

Membrana 9.

De aſſignando *Walterum de Bentele*, Capitaneum Ducatûs *Britanniæ*, ad ſupervidendum caſtra, villas & fortalitia ibidem, & ad ordinandum ſuper ſalva cuſtodia eorundem. Teſte Rege apud *Windſore* 20. Aprilis.

Membrana 8.

De aſſignando *Arnaldum Savage*, *Walterum Colepeper*, *Henricum de Apuldrefeld* & Vicecomitem *Kantiæ*, ad eligendum & arraiandum ſagittarios ibidem. Teſte ut ſuprà 24. Maii.

Conſimiles commiſſiones habent ſubſcripti, &c.

Membrana 7.

De hominibus *Wallenſibus* eligendis & arraiandis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. Maii.

De conductu pro *Pontio de Mortayn*, Vicecomite de *Daunay*, priſonario in regnum *Angliæ*, pro quibuſdam negotiis redemptionem ſuam tangentibus veniendo. Teſte ut ſuprà 22. Junii.

Membrana 6.

De numero ſagittariorum abbreviato ad proficiſcendum in comitiva *Walteri de Bentele* ad partes *Britanniæ*. Teſte ut ſuprà 18. Junii.

Membrana 5.

De aſſignando *Willelmum*, Comitem de *Huntingdon*, & *Bartholomæum de Burghersh*, Conſtabularium caſtri de *Dover* & Cuſtodem quinque portuum, Cuſtodes omnium portuum & litorum, ac terræ maritimæ in comitatu *Kantiæ*. Teſte ut ſuprà 14. Junii.

Eodem modo aſſignantur ſubſcripti, &c.

Membrana 4.

De ſagittariis ad partes *Britanniæ* ducendis. Teſte ut ſuprà 1. Septembris.

De conductu pro Nunciis, ex parte Communitatis villæ de *Pyſe*, veniendis infra regnum *Angliæ*, ad tractandum ſuper ligis & amicitiis. Teſte ut ſuprà 3. Februarii.

Membrana 3.

De cuſtodia caſtri de *Breſt* commiſſa *Johanni Maynard*. Teſte ut ſuprà 28. Julii.

De cuſtodia hoſpitalis *Sancti Nicholai* in villa *Caleſiæ*, conceſſa *Johanni Gretham*. Teſte ut ſuprà 5. Novembris.

Digitized by Google

An. Dom. 1352.

Membrana 2.

De poteſtate data Magiſtro *Andreæ de Offord* & *Johanni Avenel*, Militi, ad tractandum cum *Willelmo* Duce *Bavariæ* & Comite *Zelandiæ* & *Hollandiæ*, de ligis & amicitis. Data ut ſuprà 10. Decembris.

Membrana 1.

De conductu pro Epiſcopo *Vannetenſi*, Domino de *Beaumanoir*, *Oweno Charnels* & aliis in veniendo in regnum *Angliæ*, ad tractandum ſuper deliberatione *Karoli de Blois*, priſonarii. Teſte ut ſuprà 30. Decembris.

Membrana 8. dorſo.

De petitionibus & reſponſionibus tangentibus ſtatum Ducatûs *Britanniæ*.

Rotulus Romæ ab anno 26. uſque 31. Edwardi III.

Membrana 3.

Literæ miſſæ *Papæ* & *Cardinalibus*, contra *Nicholaum de Heth*, de fide non adhibenda ad ſuggeſtionem ſua contra quoſdam Clericos. Data apud *Weſtminſter* 3. Maii.

Anno 27. Edwardi III.

An. Dom. 1353.

Litera reſponſalis directa *Papæ*, ſuper deliberatione *Karoli de Blois*. Teſte ut ſuprà 20. Martii.

Membrana 2.

Litera miſſa ſuper creatione *Papæ*. Teſte ut ſuprà.

Anno 28. Edwardi III.

An. Dom. 1354.

Litera miſſa *Papæ*, pro declaratione famæ Regis *Navarræ* contra Principem *Johannem de Francia*. Data ut ſuprà 14. Maii.
Litera miſſa *Imperatori* pro eodem Rege, ut ſuprà.
Litera patens pro eodem Rege, ut ſuprà.
Litera miſſa *Papæ*, de Rege excuſando in non mittendo Nuncios ſuos, ad incipiendum novum tractatum cum *Francia*. Teſte ut ſuprà 15. Auguſti.
Litera miſſa *Papæ*, pro renovatione privilegiorum ad collegia de *Weſtminſter* & *Windſore*. Teſte ut ſuprà 12. Novembris.
Litera reſponſalis *Papæ*, ſuper pace *Franciæ*. Data in palatio de *Weſtminſter* 8. Novembris.

Anno 29. Edwardi III.

An. Dom. 1355.

Pro *Johanne Coupegorge*.

Anno 30. Edwardi III.

An. Dom. 1356.

Litera reſponſalis ſuper pace *Franciæ*. Data 2. Maii.

Membrana 1.

Litera miſſa Epiſcopo *Albanenſi*, ſuper pace *Franciæ*. Data ut ſuprà 15. Auguſti.
Litera miſſa Cardinalibus, ſuper pace *Franciæ*. Data 20. Octobris.

Digitized by Google

AN. DOM. 1360.

Rotulus Romæ de annis 34. *&* 35. *Edwardi* III.

Anno 34. *Edwardi* III.

Membrana 5.

Literæ missæ *Papæ*, per Regem *Angliæ* contra Archiepiscopum *Cantuariensem*, & de promotione negotii *Terræ Sanctæ*. Data apud *Winton* 6. Aprilis.

Litera missa *Papæ*, super seisina temporalium Archiepiscopatûs *Cantuariensis*, in manum Regis jure regio, & de fructubus ejusdem concessis *Papæ*. Data apud *Bradele* in Marchiis *Scotiæ* 7. Septembris.

Membrana 4.

Litera missa *Papæ* per Regem *Angliæ*, de temporalibus *Cantuariæ*, & collatione beneficiorum Ecclesiasticorum; & de præsentatione ad Ecclesiam de *Reculvre*. Data apud *Hantewyfel* 11. Septembris.

Litera missa *Papæ* per Regem *Angliæ*, contra Magistrum *Willelmum de Lambton Sancti Andreæ* & *Robertum Wychard Glasquensem*, Episcopos, tanquam proditores, & de promovendum Magistrum *Willelmum Comyn* & Magistrum *Galfridum Moubray*, ad Episcopatus prædictos. Data ut suprà.

Litera missa *Papæ* per Regem *Angliæ*, pro dispensatione ratione gradûs affinitatis super matrimonio inter *Duncanum de Fyff*, ac *Mariam de Monte-Hermerii*, neptem Regis. Data ut suprà.

Litera missa *Papæ* per Regem *Angliæ*, de Abbatia de *Scone* in *Scotia*, ad alium locum tutiorem transferendum. Data ut suprà.

Litera missa *Papæ* per Regem *Angliæ*, de conferendo Ecclesiam de *Recolvre*, Magistro *Nicholao de Tynchewyk*, Medico Regis. Data apud *Lawreftot* 7. Octobris.

AN. DOM. 1361.

Anno 35. *Edwardi* III.

Membrana 3.

Litera missa *Papæ* per Regem *Angliæ*, ex parte Prioris & Fratrum *Beatæ Mariæ de Monte-Carmeli*, Capellanorum Regis in villa de *Kingeston super Hull*, de licentia eis danda ad transferendum se ad solum quoddam magis amplum infra prædictam villam. Data ut suprà.

Litera missa *Papæ* per Regem *Angliæ*, pro Priore Prioratûs de *Lauretoft* diocesis *Karliolensis*, habendo Ecclesias de *Mitford* & de *Carlaton*. Data apud *Karliste* 17. Martii.

Membrana 2.

Literæ missæ Cardinali *Sanctæ Mariæ Novæ*, Diacono, de jure regio conservando in temporalibus Prioratûs de *Okeburne*. Data apud *Karliste* 4. Aprilis.

Litera missa *Papæ*, super canonisatione Episcopi *Lincolnienfis*. Data ut suprà 6. Maii.

Litera de credentia missa *Papæ*, per Episcopum *Wigornienfem* & *Thomam* Dominum de *Berkele* in negotio *Franciæ*. Data ut suprà 5. Julii.

Membrana 1.

Litera de credentia missa per eosdem Domino *P.* tituli *Sanctæ Priscæ*, Presbytero Cardinali. Data ut suprà.

AN. DOM. 1353.

Rotulus Franciæ de anno 27. *Edwardi* III.

Membrana 8.

DE constituendo *Johannem de Avenel*, Locumtenentem in Ducatu *Britanniæ*, & partibus *Pictaviæ* adjacentibus, & de potestate ei concessa. Data apud *Westminster* 4. Aprilis.

Digitized by Google

An. Dom. 1353.

De conductu pro *Galtero*, Epiſcopo *Vannetenſi* & aliis veniendis in *Angliam*, ad tractandum cum Rege, ſuper deliberatione nobilis viri *Karoli de Blois*. Teſte ut ſuprà 10. Martii.

Membrana 7.

De poteſtate data *Simoni* Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, *Willelmo* Epiſcopo *Norwicenſi*, *Henrico* Duci de *Lancaſtre*, *Ricardo* Comiti de *Arundel* & aliis, ad tractandum de pace ſeu de treugis inter Regem & Adverſarium de *Francia*. Data apud *Weſtminſter* 19. Februarii. (*Vide Membranas 3. & 2.*).

De poteſtate data Magiſtro *Michaeli de Northburgh*, Archidiacono, Guidoni de *Bryan*, Domino de *Laghern* & *Roberto de Harle*, ad tractandum cum *Ludovico* Comite *Flandriæ*, & hominibus de terra ibidem ſuper communione ſecura inter ſubditos Regis & homines de *Flandria*, necnon ſuper reformatione attemptatorum. Data ut ſuprà.

Membrana 5.

De alligantiis inter Regem & *Guillielmum* Ducem *Bavariæ*, *N. B.* vacatur quia idem Dux *Bavariæ* hiis quæ in eiſdem literis continentur, conſentire noluit.

De duello capiendo apud *Caleſium*, per ordinationem concilii Regis, versùs *Johannem d'Eſpaigne*, & quandam mulierem ibidem ſuper proditionibus Regi & eidem villæ factis, unde dicta mulier eum appellat. Teſte ut ſuprà 3. Maii.

Membrana 4.

De conſtituendo *Reginaldum de Cobham*, Capitaneum & Cuſtodem caſtri & villæ *Caleſii*. Teſte ut ſuprà 29. Junii.

Membrana 3.

De poteſtate data *Johanni Avenel*, Locumtenenti Regis in Ducatu *Britanniæ*, ad ſupervidendum caſtra, villas & loca ibidem, & amovendum Capitaneos non idoneos & alios ſubſtituendos. Teſte ut ſuprà 17. Julii.

Pro *Henrico* Duce de *Lancaſtre*, tractando cum *Margareta* Romanorum Imperatrice & *Guillielmo* Duce *Bavariæ*, ſuper diſſenſionibus inter eos ſedandis. Teſte ut ſuprà 14. Octobris.

Pro eodem Duce, ad tractandum cum *Willelmo* Duce *Bavariæ*, ſuper ligis & amicitiis. Data apud *Weſtminſter* 14. Octobris.

De poteſtate data *Reginaldo de Cobham*, de treugis cum *Francia* prorogandis ab feſto *Sancti Martini*, uſque ad quindenam idem feſtum proximò ſequentem. Teſte ut ſuprà 26. Octobris.

De treugis in *Britannia* inter Regem & Nobilem Virum *Karolum de Blois*, uſque ad feſtum *Purificationis Beatæ Mariæ Virginis* duraturis, proclamandis. Data ut ſuprà 20. Novembris.

Membrana 2.

Indentura irrotulata inter Regem & Marchionem *Juliacenſem*, de vadiis ſuis & aliis. Data ut ſuprà 20. Octobris.

Pro *Johanne de Creſſy*, de remiſſione fidelitatis factæ Regi. Teſte ut ſuprà 30. Octobris.

Membrana 1.

De conductu pro *Hectore de Baillol*, Chivaler, de *Francia* veniendo in *Angliam* pro defenſione honoris ſui contrà ſuggeſtionem *Thomæ de Rippesford*. Data ut ſuprà 20. Novembris.

Litera Marchionis de *Juliers*, ſuper redditione literarum patentium de certis feodis. Data ut ſuprà 30. Octobris.

De protectione pro *Nicholao Conte*, ſuper duello inter ipſum & quendam adverſarium ſuum de partibus tranſmarinis ſuper certis debatis. Teſte Rege apud *Turrim de London* 14. Januarii.

Membrana 8. dorſo.

De treugis cum *Francia* incipiendis de die datæ præſentium iſtarum, uſque feſtum *Sancti Petri* ad vincula proximò futurum duraturis. Data 18. Martii.

Digitized by Google

AN. DOM. 1353.

Proclamatio treugarum.

Membrana 2. dorso.

Quòd alienigenæ non veniant in *Angliam* Rege inconsulto. Teste ut suprà 24. Septembris.

Membrana 1. dorso.

De amicitia inter Regem & Mercatores villarum de *Vlixbon* & de *Port*, de regno *Portugalliæ*. Data apud *London* 20. Octobris.

Rotulus Franciæ de anno 28. Edwardi III.

AN. DOM. 1354.

Membrana 9.

DE potestate data *Henrico*, Duci de *Lancastre*, ad tractandum cum Rege *Navarræ*, super ligis & amicitiis. Data apud *Turrim de London* 26. Januarii.

De conductu pro *Johanne Meyngre*, Milite, prisonario Regis, qui peregrè profecturus est versùs *Sanctum Jacobum*, & exinde contra inimicos Christi versùs *Terram Sanctam*. Data apud *Westminster* 30. Januarii.

Membrana 8.

De constituendo *Johannem Gibbon*, Admirallum flotæ navium cum *Henrico* Duce de *Lancastre*, ad partes *Normanniæ* profecturæ. Teste ut suprà 16. Martii.

De constituendo *Thomam de Holland*, Locumtenentem Regis in Ducatu *Britanniæ*. Teste ut suprà 18. Martii.

Membrana 7.

De navibus *Angliæ* à partibus *Vasconiæ* in *Angliam*, reducendis. Teste ut suprà 28. Martii.

De concedendo *Rogero David*, & *Johannæ* Vicecomitissæ de *Rohan*, uxori ejus tertiam partem Vicecomitatûs de *Rohan*. Teste ut suprà 1. Aprilis.

De concedendo eidem *Rogero* castrum, castellaniam & villam de *Kementsgueng*. Data ut suprà.

De castro & dominio de *Postynyen*, concesso dicto *Rogero*. Data ut suprà.

Membrana 6.

De navibus arestandis & usque portum de *Southampton* ducendis. Teste ut suprà 18. Februarii.

De navibus *Zelandiæ* & *Flandriæ*, dearestandis. Teste ut suprà.

De custodia castellaniæ & villæ de *Kympoulle*, concessa *Rogero David*. Teste ut suprà 10. Junii.

Membrana 5.

De ſalva gardia pro Majore, Scabinis & Communitate villæ de *Noielle*.
De non moleſtando eoſdem contra decretum ſuper lite inter Dominam de *Noielle* & ipſos. Teſte ut ſuprà 7. Martii.
Pro burgenſibus & mercatoribus terræ *Wall*, de ſuperſedendo exactioni apud *Caleys*. Teſte ut ſuprà 23. Aprilis.
De conſtituendo *Gauterum de Borde*, Magiſtrum Monetarum in villa *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 1. Aprilis.

Membranæ 16. & 15.

De exemplificando literas patentes Conſtabularii de *Francia*, & aliorum, ſuper tractatu cum *Johanne de Dalton*, Chivaler, & *Donquin de Hatton*, Capitaneis de *Regennes*, & de la *Mothe de Chanlay*, de relinquendo & deſtruendo fortalitia ibidem.

Membrana 15.

De cuſtodia caſtri de *Halycourt*, commiſſa *Simoni de Neuton*. Teſte ut ſuprà 4. Maii.
Pro *Thomas Dolſaly*, de procuratoribus conſtitutis de feodo in dominio de *Merke*. Teſte ut ſuprà.
De aſſignando *Willelmum Freeman*, ad capiendum forisfacturas mercandiſarum apud *Caleys*. Teſte ut ſuprà 10. Maii.

Membrana 14.

De acquietantia pro Rege *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 18. Martii.
De pannis versùs partes orientales traducendis. Teſte ut ſuprà 20. Aprilis.

Membrana 13.

De auro & argento deferendo ad cunea Regis in villa *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 1. Martii.
De intentione Regis de auro ad cunagium Regis apud *Caleys*, deferendo declaranda. Teſte ut ſuprà 16. Martii.
De caſtro de *Caleys*, liberando *Henrico Leſcrop*. Teſte ut ſuprà 20. Februarii.
De procedendo pro Domino de *Bonberge*. Teſte ut ſuprà 6. Aprilis.

Membrana 12.

De deliberatione burgenſium obſidum. Teſte ut ſuprà 28. Maii.
De pannis ad partes *Britanniæ* ducendis. Teſte ut ſuprà 30. Maii.

Membrana 11.

De caſtro de *Onderwyk* reparando. Teſte ut ſuprà 12. Junii.

Membrana 10.

De conſtituendo *Nicholaum de Lovain*, Seneſcallum dominii de *Pontivo*. Teſte ut ſuprà 26. Junii.
De lanis & aliis ad villam *Caleſiæ* ducendis. Teſte ut ſuprà 12. Februarii.

Membrana 9.

Pro *Johanna* filia *Henrici le Franc*, dit de *Newenham* de *Paris*, de conſtituendo procuratores. Teſte ut ſuprà 6. Julii.
De deliberatione burgenſium obſidum. Teſte ut ſuprà 7. Julii.

Membrana 8.

Pro *Adamo de Bury* & cæteris Aldermannis villæ *Caleſiæ*, de exoneratione de exitibus receptis. Teſte ut ſuprà 21. Julii.
De præbenda in Eccleſia *Sancti Wolfranni d'Abbeville*, conceſſa. Data apud caſtrum de *Windſore* 3. Septembris.

Digitized by Google

AN. DOM. 1364.

Membrana 7.

De poteſtate data *Simoni* Epiſcopo de *London*, Comiti de *Sareſbury*, & *Johanni Leſcrop*, ad tractandum de matrimonio inter *Edmundum de Langele* filium Regis, & *Margaretam* Duciſſam *Burgundiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Julii.

De deliberatione burgenſium obſidum. Teſte apud *Havering* 8. Auguſti.

De ſalva gardia pro *Savario de Vivonne* Domino de *Tours*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 10. Octobris.

Membrana 6.

De cauſis Abbatis *Cluniacenſis*, audiendis contra debitores. Teſte ut ſuprà 16. Julii.

De ſecuritate de hominibus ad arma & ſagittariis ad partes *Britanniæ* profecturis capienda. Teſte ut ſuprà 20. Julii.

De cuſtodia caſtri de *Sandgate*, commiſſa *Edmundo Roſe*. Teſte ut ſuprà.

De appellatione ſuper certis terris per *Savary de Vivonne* Dominum de *Tours*, contra le Sire de *Matas*. Data apud *Canterbiry* 3. Octobris.

Membrana 5.

Pro *Johanne* Comite de *Tankerville*, de recipiendo denaria de Rege *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 14. Novembris.

Memorandum, quòd Rex *Franciæ* habet duas literas de acquietantia quæ irrotulantur in Rotulo *Franciæ*, de anno 40. E. 3.

Pro Duce d'*Anjou*, Comitibus de *Grandpré* & de *Brene*, le Sire de *Clere*, & le Sire *Derval*, necnon *Karolo d'Artois*, ac burgenſibus redeundis in obſides. Teſte ut ſuprà 20. Novembris.

Membrana 4.

Literæ miſſæ Duci d'*Anjou*, & aliis de redeundo in obſides. Data ut ſuprà.

Literæ miſſæ Prælatis & Nobilibus de *Franciâ*, ut ſuprà.

Ricardus de la Vache habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà.

Membrana 3.

Pro *Margareta* quæ fuit uxor *Henrici Picard*, de recuperando denaria debita à Rege *Franciæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. Novembris.

Membrana 2.

De feodis pro lanis non ſolvendis. Teſte ut ſuprà 28. Octobris.

Pro mercatoribus de *Aſt*, mercandiſandis in dominio de *Pontivo*. Data ut ſuprà 18. Novembris.

Membrana 1.

De malefactoribus exiſtentibus in partibus *Normanniæ* amovendis. Teſte ut ſuprà 14. Novembris.

Rotulus Franciæ de anno 39. Edwardi III.

AN. DOM. 1365.

Membrana 11.

DE cereviſia & allecis ad partes *Caleſiæ* ducendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 27. Januarii.

De intendendo *Henrico Leſcrop*, Gubernatori de *Caleys*, & alibi. Teſte ut ſuprà 20. Februarii.

De attemptatis reformandis ſuper juriſdictione Regis apud *Abbeville*. Teſte ut ſuprà 24. Maii.

De juſtitia facienda ſuper dampnis factis hominibus de *Abbeville*, contra privilegia ſua. Teſte ut ſuprà.

Digitized by Google

An. Dom. 1365.

Membrana 10.

De liberatione burgenſium obſidum. Teſte ut ſuprà 12. Februarii.

Willelmus Percehay, & *Johannes Aunſel*, Chivalers, ac *Thomas* filius & hæres *Henrici Peverell* in partes tranſmarinas profecturi, habent literas de generali attornatu.

De defectibus caſtri de *Hammes* reparandis. Teſte ut ſuprà 28. Februarii.

Pro *Johanne Wroth*, majore villæ *Caleſiæ*, habendo vadia ſua. Teſte ut ſuprà.

Membrana 9.

De impoſitione capienda & convertenda pro fortificatione d'*Abbeville*. Teſte ut ſuprà 24. Maii.

De conſtituendo *Ricardum de Preſton*, Majorem villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà.

De conſtituendo *Johannem Torgold*, Majorem ſtapulæ villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà.

De procedendo pro Domino de *Bouberche*. Teſte ut ſuprà 26. Maii.

De ſcrutando forisfacturas apud *Caleſiam*. Teſte ut ſuprà 26. Maii.

De officio Magiſtri monetarum in villa *Caleſiæ*, commiſſo *Thomæ Kyng*. Teſte ut ſuprà 1. Julii.

Membrana 8.

De quadam ordinatione tangente regimen villæ *Caleſiæ*, & ſtapulæ ibidem obſervanda. Teſte ut ſuprà.

Pro Duce d'*Orleans* exonerando de obſide. Teſte Rege apud caſtrum de *Windſore* penultimo die Junii.

Pro *Thomas de Maunton*, Chivaler, habendo literas de generali attornatu.

Membrana 7.

Pro Domino de *Andreſel* exonerando de obſide. Teſte ut ſuprà 16. Junii.

De appellatione ſuper judiciis contra Ducem d'*Orleans*, ex parte *Johannis Stodeye* mercatoris revocanda. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Junii.

De præbenda data in Eccleſia *Sancti Wolfranni* de *Abbeville*. Teſte ut ſuprà 18. Junii.

De conſtituendo *Henricum Leſcrop*, Gubernatorem & ſuperviſorem caſtrorum, villarum, & locorum in dominio de *Merke*, *Caleſiæ*, & alibi. Teſte ut ſuprà 28. Julii.

De cuſtodia Gaolæ villæ *Caleſiæ*, conceſſa *Walkero de Ewevie*. Teſte Rege apud *Merleberg* 24. Auguſti.

De proclamatione facienda in villa *Caleſiæ*, & alibi ne quis cambium de moneta niſi cum mercatoribus notis tantum facere præſumat. Teſte Rege apud *Windſore* 26. Julii.

Membrana 6.

De ſcrutinio faciendo ſuper Clericis & Laicis tranſeundis extra regnum cum moneta, necnon de areſtando eoſdem in *Angliam*, veniendo cum bullis & inſtrumentis contra ordinationem Parliamenti. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 28. Julii.

De computando cum *Johanne Wroth*, cuſtode caſtri de *Hammes* de vadiis ſuis & expenſis. Teſte ut ſuprà 23. Septembris.

Membrana 5.

Pro *Johanne Bray*, & aliis habendis tenementa in villa *Caleſiæ* vendita per *Johannem Wroth*. Teſte ut ſuprà 7. Octobris.

Litera de acquietantia pro *Johanne Buckingham*, Epiſcopo de *Lincoln*, nuper Locumtenente in partibus *Britanniæ*, & aliis. Data ut ſuprà 18. Octobris.

De intendendo *Nicholao de Tamworth*, Chivaler, & *Johanni Wyn*, Armigero, miſſis ad partes *Flandriæ*, ratione commotionum ſuper maritagio inter filium Regis *Edmundum* Comitem *Cantebrigiæ*, & Duciſſam *Burgundiæ*. Teſte ut ſuprà 24. Octobris.

De cuſtodia caſtri & dominii de *Hammes*, commiſſa *Nicholao de Hammes*. Teſte ut ſuprà 27. Octobris.

Digitized by Google

AN. DOM. 1365.

De perſonatu de *Suquorq*, dioceſis *Morinenſis* (*de Terouenne*) dato. Teſte ut ſuprà 30. Octobris.

Membrana 4.

De licentia danda Domino de *Roye* obſidi ad tranſeundum ad aliquam partem *Angliæ*. Teſte ut ſuprà 18. Novembris.

De hoſpitio in villa *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni de Manefeld*. Teſte ut ſuprà 29. Novembris.

Membrana 3.

De compellendo Comitem *Fuxi* (*Foix*) ad faciendum homagium pro Vicecomitatu de *Bearn*. Teſte ut ſuprà 6. Decembris.

Ne homines ad arma ingrediantur regnum *Iſpaniæ*. Data apud *Weſtminſter* 6. Decembris.

De pecunia de Rege *Franciæ* recipiènda. Teſte Rege apud caſtrum de *Windſore* 10. Decembris.

De concedendo *Johanni Decoch* aliàs *Galahant*, Militi, terras & tenementa quæ fuerunt patris ſui in diverſis villis infra dominium de *Merke*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 10. Decembris.

Membrana 2.

De inquirendo ex parte *Nicholai de Lovaine*, Chivaler, ſuper terra de *Maroeul* aſſignato ei. Teſte ut ſuprà 1. Januarii.

De aſſaia monetarum in villa *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 20. Januarii.

Membrana 1.

De concordia inter Reges *Angliæ* & *Franciæ*, de aſſignando commiſſarios ad ordinandum ſuper deliberatione terræ de *Belleville*. Teſte ut ſuprà 20. Januarii.

Rotulus Franciæ de anno 40. Edwardi III.

AN. DOM. 1366.

Membrana 20.

DE acquietantia pro Rege *Franciæ* de ſix mille & deux cens eſcus d'or en partie du primer paiement du ſecond million. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. Januarii.

De acquietantia pro eodem Rege de quatre-vingt treize mille ſept cents eſcus d'or en entiere ſatisfaction de tout le reſte du primer million. Data ut ſuprà.

Procuratorium pro *Johanne de Harleſton*. Teſte ut ſuprà.

Membrana 19.

De deliberatione Ducis de *Berry* & Comitis d'*Alençon*, necnon de commiſſariis aſſignandis ad ordinandum pro terra de *Belleville*. Data apud *Weſtminſter* 1. Februarii.

Membrana 18.

De prorogatione termini Commiſſariorum & Procuratorum in negotio de *Belleville* ſupradicto. Data apud caſtrum de *Windſore* 20. Decembris.

Membrana 17.

De Commiſſariis & Procuratoribus conſtituendis pro terra de *Belleville*. Data ut ſuprà 15. Februarii.

Membrana 16.

Procuratorium *Roberti Salle*, Armigeri, de obligatione facienda per *Milenum* Dominum de *Noyers*, priſonarium. Data apud *Weſtminſter* 30. Januarii.

Membranæ 16. & 15.

De obligatione facienda per *Eudes de Chandenay*, Chivaler, priſonarium præfati *Roberti*. Data ut ſuprà 3. Februarii.

Digitized by Google

An. Dom. 1366.

Membrana 15.

De conductu pro Comite de *Sancto Paulo*, obſide, eundo ad partes *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 21. Februarii.

De admiſſione burgenſium de *Tournay*, obſidum loco aliorum. Teſte ut ſuprà 19. Aprilis.

De deliberatione obſidum prædictorum. Teſte ut ſuprà 17. Aprilis.

Membrana 14.

Pro Principe *Walliæ* recipiendo denaria de Rege *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 1. Martii.

De Rege *Franciæ* ſolvendo denaria Comiti de *Tankerville*. Data apud caſtrum de *Hadeleye* 20. Maii.

Membrana 13.

De commiſſariis conſtitutis pro terra de *Belleville*. Data apud *Weſtminſter* 1. Aprilis.

Membrana 12.

De tractando de terra de *Belleville*. Data ut ſuprà 1. Maii.

Membrana 11.

Pro *Johanne Chaundos*, Conſtabulario, *Thoma Felton* Seneſcallo *Aquitaniæ*, & aliis de quæſtionibus determinandis ſuper terris & dominiis liberandis. Teſte ut ſuprà 1. Aprilis.

De conſtituendo *Ricardum de Preſton*, Majorem *Caleſiæ*. Data ut ſuprà 20. Junii.

Membrana 10.

De hoſpitio in villa *Caleſiæ*, conceſſo *Nicholao Exton*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Maii.

Pro Majore & Scabinis villæ de *Crotoye* habendis mercatum. Teſte ut ſuprà 6. Junii.

De tractando ſuper controverſia liberationis terrarum in *Picardia*. Data ut ſuprà 12. Junii.

Membrana 9.

Pro Mercatoribus ſtapulæ *Caleſiæ*, de eligendo Majorem & Conſtabularium. Teſte ut ſuprà 23. Junii.

De conſtituendo *Henricum Leſcrop*, Gubernatorem & ſuperviſorem caſtrorum & villarum in dominio de *Merke*, *Caleys*, & alibi. Teſte ut ſuprà 28. Junii.

Membrana 8.

De procuratoribus conſtituendis ſuper terris & locis in diverſis dominiis liberandis Regi. Teſte ut ſuprà 12. Junii.

De hoſpitio in villa *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni de Weſenham*. Teſte ut ſuprà 7. Julii.

Membrana 7.

De caſtro de *Hammes*, conceſſo *Simoni de Neuton*. Data ut ſuprà 30. Julii.

De vadiis ſolvendis diverſis officiaris & ſagittariis pro cuſtodia diverſorum caſtrorum & maneriorum in *Pontivo*. Data apud *Windſore* 4. Julii.

Membrana 6.

De confirmatione donationis factæ *Johanni Wroth* de meſſuagiis, gardinis & cottagiis in villa *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 1. Octobris.

Pro *Daniele Willibart*, faciendo fortalitium in quadam placea in dominio de *Merke*. Teſte ut ſuprà 5. Octobris.

De bladis versùs *Caleſiam* traducendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 15. Octobris.

Membrana 5.

De frangentibus pacem puniendis. Data ut ſuprà 10. Octobris.

De permutatione præbendæ. Teſte ut ſuprà 20. Octobris.

Quòd extranei deſerviant in officio correctarii. Teſte ut ſuprà 18. Octobris.

Digitized by Google

AN. DOM. 1366.

Membrana 4.

De conſtituendo *Gauterum de Barde*, Magiſtrum monetarum in villa *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. Octobris.

De licentia fundandi quandam Capellariam in Eccleſia collegiata *Sancti Wolfranni* de *Abbeville*. Teſte ut ſuprà 26. Octobris.

De pardonatione pro *Johanne de Valloilles* de Comitatu *Pontivi*. Teſte ut ſuprà 3. Novembris.

De caſtris, maneriis, & aliis locis infra dominium *Pontivi* muniendis. Data ut ſuprà 7. Novembris.

Membrana 3.

De commiſſariis iterato conſtitutis pro tractatu de *Belleville*. Data ut ſuprà 20. Octobris.

Membrana 2.

De conſtituendo *Johannem Mansfeld*, Capitalem janitorem *Caleſiæ*. Data ut ſuprà 25. Octobris.

De vinis ad partes *Pontivi* traducendis. Teſte ut ſuprà 28. Decembris.

Membrana 1.

De Procuratoribus nomine Regis deputandis de prorogatione termini pro Duce de *Bourbon* redeundo in obſidem. Teſte ut ſuprà 20. Decembris.

Pro *Bartholomæo de Burgherſch*, conſtituendo Procuratores. Teſte ut ſuprà 11. Januarii.

Rotulus Franciæ de anno 41. Edwardi III.

AN. DOM. 1367.

Membrana 12.

DE deliberatione burgenſium obſidum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 5. Februarii.

Willelmus de Bernak, Chivaler, qui ad partes *Caleſiæ* profecturus eſt, habet literas de generali attornatu.

Pro burgenſibus villæ *Caleſiæ*, quietandis de cuſtumis ſuper victualibus venditis ibidem. Teſte ut ſuprà 1. Martii.

De domibus in villa *Caleſiæ*, & in dominiis de *Guynes*, *Merke* & *Sandgate* arentandis. Teſte ut ſuprà 20. Februarii.

De permutatione præbendæ in Eccleſia *Sancti Wolfranni* de *Abbeville*, pro Eccleſia d'*Eſpaignete*. Teſte ut ſuprà 6. Maii.

Membrana 11.

De exemplificatione literarum *Karoli* primogeniti Regis *Franciæ*, Regentis regni, de treugis cum *Anglia*, de feſto Sancti Michaelis proximo futuro uſque feſtum Sancti Michaelis in uno anno. Data apud *Weſtminſter* 10. Februarii.

Pro *Guidone* Comite de *Saint Paul*, dando ſecuritatem ad redeundum in obſidem. Data ut ſuprà.

Pro *Henrico Leſcrop*, recipiendo ſecuritatem de eodem Comite. Data ut ſuprà.

De licentia danda *Reinaudo* Domino de *Maulevrier*, ad tranſeundum ad partes ſuas. Teſte ut ſuprà.

Memorandum, quòd Magiſter *Johannes de Branketre*, Theſaurarius Eccleſiæ *Eboracenſis*, de præcepto Cancellarii liberavit in Theſaurarium Regis literas concernentes tractatum pacis, obligationes & quitantias obſidum, tractatum de *Dover*, ſuper matrimonio *Flandriæ* & alligantias *Iſpaniæ* uſque ad numerum ſexaginta literarum.

De revocando literas patentes factas *Johanni Manfeld*, de officio capitalis Janitoris villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 23. Martii.

Pro *Nicholao de Louche*, Clerico receptore exituum dominio de *Pontivo*, morando ibidem ſuper ſalva cuſtodia ejuſdem. Teſte Rege apud *Eltham* 15. Februarii.

Digitized by Google

An. Dom. 1367.

Membrana 10.

De prorogatione terminorum ſuper facto de *Belleville*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 15. Maii.

Membrana 9.

De conſtituendo Commiſſarios ſuper facto de *Belleville*. Data ut ſuprà.
Litera Commiſſariorum ſuper eodem facto. Data ut ſuprà.
Alia litera Commiſſariorum ſuper eodem. Data ut ſuprà.
Litera Procuratoria. Data ut ſuprà.
Litera de intendendo eiſdem Procuratoribus. Data ut ſuprà.

Membrana 8.

Alligantia inter Dominum Regem *Angliæ* & Comitem *Flandriæ*. Data ſuper vigilia de die Aſcenſionis.
Commiſſio inde data *Henrico Leſcrop*, & *Thomæ de Brantingham*. Data apud *Weſtminſter* 29. Maii.
Pro *Guillielmo* Duce de *Juliers*, de licentia faciendi homagium Regi *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 1. Junii.

Membrana 7.

De acquietantia pro Rege *Franciæ* de cent mille eſcus d'or in parte redemptionis ſuæ. Teſte ut ſuprà 13. Maii.
Pro *Gaufrido de Gaugiaco*, preſbytero de permutatione præbendæ. Teſte ut ſuprà 15. Maii.
De conſtituendo *Henricum Leſcrop*, Gubernatorem & ſuperviſorem caſtrorum, fortalitiorum & villarum in dominio de *Merke*, *Caleys*, & alibi. Teſte ut ſuprà 28. Junii
De manerio de *Mercok* extendendo & appretiando. Teſte ut ſuprà 4. Junii.
De duobus articulis de pace facta apud *Caleſiam*, videlicet 9 & 10 exemplificandis. Teſte ut ſuprà 6. Junii.
De hoſpitio in villa *Caleſiæ*, conceſſo *Philippo de Neuton*. Teſte ut ſuprà 24. Junii.
De officio ballivæ villæ *Caleſiæ*, & skininagii ejuſdem, unà cum cuſtodia gaolæ ibidem conceſſo *Roberto de Langedon*. Teſte ut ſuprà 25. Junii.
De licentia danda *Gerardo* Domino de *Boncherche*, obſidi, eundo ad partes *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 2. Julii.

Membrana 6.

Pro *Carolo* Domino de *Montmorency*, de licentia tranſportandi ad partes *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 20. Julii.
Conſimilis licentia pro *Guidone de Blois* Domino de *Beaumont*, obſide. Teſte ut ſuprà 8. Julii.
Pro *Johanne Morley*, habendo cuſtodiam unius portarum villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 6. Julii.

Membrana 5.

Pro *Henrico Leſcrop* & aliis de diſcordiis ſuper dominiis de *Ponthieu*, & alibi cum Procuratoribus Regis *Franciæ* determinandis. Teſte ut ſuprà 16. Novembris.
Acquietantia pro Rege *Franciæ* pur quatre-vingts & douze mille eſcus in parte ſolutionis pro redemptione ſua. Teſte ut ſuprà 18. Novembris.
De Procuratoribus conſtitutis ſuper diſcordiis prædictis cum *Francia*. Teſte ut ſuprà 24. Novembris.

Membrana 4.

De conſtituendum *Johannem Ottle*, ſcrutatorem villæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 30. Junii.
De licentia Regis ad inveſtiendum Dominum de *Couciaco* de Comitatu de *Sueſſione* per donationem *Guidonis de Bleſis* (*Blois*). Teſte ut ſuprà 6. Julii.
De officio ballivi, vocati *Water Baillif* villæ *Caleſiæ*, commiſſo *Michaeli Bakere*. Teſte ut ſuprà 4. Julii.
De præbenda data in Eccleſia *Sancti Wolfrani de Abbatis-villa*. Teſte ut ſuprà.
De caſtris & fortalitiis in dominio de *Pontivo* muniendis. Teſte ut ſuprà 15. Septembris.

De

Digitized by Google

AN. DOM. 1367.

De ſignificando Regi *Franciæ* mortem *Petri de Coknay* burgenſis villæ d'*Amiens*, obſidis, & de mittendo alium loco ſui. Teſte ut ſuprà 1. Decembris.

Membrana 3.

De amovendo malefactores à regno *Franciæ*. Data ut ſuprà 16. Novembris.

Acquietantia pro Duce *Britanniæ*, de decem millibus marcarum in parte ſolutionis triginta millium marcarum. Teſte ut ſuprà 6. Novembris.

Membrana 2.

Litera miſſa Comiti de *Harecourt*, ad redeundum in hoſtagium. Teſte ut ſuprà 5. Junii.

Alia litera eidem miſſa ut ſuprà.

Acquietantia pro Duce de *Bourbon*, de decem millibus ſcutorum in parte ſolutionis quadraginta millium ſcutorum. Teſte ut ſuprà 7. Decembris.

De lanis in præſentia Theſaurarii & Majoris *Caleſiæ* ponderandis. Teſte ut ſuprà 18. Novembris.

Pro Burgenſibus & Mercatoribus ſtapulæ villæ *Caleſiæ* ſolvendis, pro paſſagio in portu de *Dover*. Teſte ut ſuprà.

De debatis inter mercatores *Caleſiæ* ſedandis. Data apud *Weſtminſter* 30. Decembris.

Pro Mercatoribus *Anglicis* de ſtapula *Caleſiæ*, quòd ipſi ſint quieti de cuſtumis de omnibus pannis pro liberata ſua, & pro ſervientibus ſuis. Teſte ut ſuprà 18. Novembris.

Membrana 1.

De permutatione præbendarum in Eccleſiis *Sancti Wolfrani* & de *Duſſore*. Teſte ut ſuprà 20. Novembris.

De admonendo Comitem de *Harecourt*, ad redeundum in hoſtagium. Teſte ut ſuprà 1. Decembris.

Rotulus Franciæ de anno 42. Edwardi III.

AN. DOM. 1368.

Membrana 9.

DE caſtris & fortalitiis apud villam *Caleſiæ* & alibi muniendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 27. Januarii.

De generali attornatu pro illis in comitiva *Leonelli* Ducis *Clarentiæ*, ad partes de *Milan* profecturi.

Membrana 8.

De recipiendo *Guillielmum le Mercier* villæ d'*Amiens* in obſidem loco alius. Teſte ut ſuprà 12. Februarii.

De officio Mareſcalli villæ *Caleſiæ*, commiſſo *Michaeli Bakere*. Teſte ut ſuprà.

Membrana 7.

De licentia danda burgenſibus obſidibus villarum de *Compiegne*, *Tournay*, de *Saint Omer*, & de *Chartres*, eundo ad partes ſuas. Teſte ut ſuprà 23. Februarii.

De admiſſione burgenſium obſidum villarum prædictarum. Teſte ut ſuprà 23. Februarii.

Pro *Thoma de Dale*, Milite, & *Gautero de Bardes*, de recipiendo de principe *Galatio* Domino de *Mediolano*, centum millia florenorum ſuper tractatu inter *Leonellum* Ducem de *Clarence*, & *Violantam* filiam ejuſdem *Galatii*. Data apud *Windſore* 1. Martii.

De caſtro de *Sandgate* commiſſo *Roberto de Aſsheton*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 13. Martii.

Membrana 6.

De *Benedicta* quæ fuit uxor *Thomæ de Uvedale*, de faciendo copiam teſtamenti ſui habere eandem vim prout originale. Data ut ſuprà 14. Maii.

Digitized by Google

An. Dom. 1368.

Membrana 5.

De conſtituendo *Willelmum de Gunthorp*, Theſaurarium villæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Martii.
De intendendo eidem Theſaurario. Data ut ſuprà 21. Martii.
De conſtituendo eundem *Willelmum* receptorem monetæ apud villam *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 20. Martii.
De generali attornatu pro *Willelmo de Birmyngham*, Chivaler, &c.

Membrana 4.

De conſtituendo *Willelmum de Gunthorp* Theſaurarium Comitatûs de *Guyſnes*, & aliorum dominiorum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Martii.
De caſtro de *Merke* liberando *Willelmo de Gunthorp*. Teſte ut ſuprà 20. Martii.
De admiſſione burgenſium villæ de *Tournay*, in obſides. Teſte ut ſuprà 25. Aprilis.
Literæ de protectione pro *Philippo de Popham*, *Roberto Howard*, & *Johanne Lovell*, Militibus, *Thoma Banaſtre*, Chivaler, & *Johanne de Wylton*, Armigero.

Membrana 3.

De licentia pro centum ſolidatis ad manum mortuam pro Capellano in Capella in Eccleſia *Sancti Wolfrani* de *Abbeville*. Teſte ut ſuprà 26. Maii.
De tenemento in villa *Caleſiæ* conceſſo *Ricardo Preſton*. Teſte ut ſuprà 25. Maii.
De cuſtodia caſtellariæ & foreſtæ de *Creſcy* in dominio de *Pontivo*, conceſſa *Thomæ Pechel*. Teſte ut ſuprà 28. Maii.
De pardonatione pro *Johanne le Meſtre* de villa de *Rue* ſuper mare. Teſte ut ſuprà 28. Maii.
De conſtituendo *Henricum Leſcrop*, Gubernatorem & ſuperviſorem caſtrorum & villarum *Caleſiæ*, & alibi. Teſte ut ſuprà 28. Junii.
De præbenda data in Eccleſia *Sancti Wolfrani de Abbatis-villa*. Teſte Rege apud *Wodeſtoke* 30. Auguſti.
De conductibus pro Comitibus de *Tancarville* & de *Salesbrugge*, ac Magiſtro *Guillielmo Dormans*, Chivaler, & *Jacobo de Riche*, Decano de *Paris*, veniendis in *Angliam*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 30. Octobris.

Membrana 2.

De generali attornatu pro *Almerico de Sancto Amando*, Chivaler, versùs partes tranſmarinas profecturo. Teſte ut ſuprà.
Pro *Dominico de Bardilby*, burgenſi d'*Orleans*, hoſtagio Regis ad eundum ad partes *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 24. Novembris.
De ſagittariis ad villam *Caleſiæ* mittendis. Teſte ut ſuprà 29. Novembris.

Membrana 1.

De juſtitia facienda *Raymundo Roger* ſuper recuperatione vinorum injuſtè areſtatorum pro werk. Data apud *Windſore* 18. Decembris.
De tenementis in villa *Caleſiæ* datis *Roberto de Langeton*. Teſte ut ſuprà 20. Decembris.
De tenementis uſurpatis per *Ricardum de Preſton* in villa *Caleſiæ*, capiendis in manum Regis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 18. Novembris.

An. Dom. 1369.

Rotulus Franciæ de anno 43. Edwardi III.

Membrana 26.

DE libertatibus conceſſis Majori & Conſtabulario villæ *Caleſiæ* obſervandis. Data apud *Weſtminſter* 30. Januarii.
De deliberatione burgenſium villæ de *Caen* obſidum. Teſte ut ſuprà 12. Februarii.
De receptione obſidum villæ prædictæ. Teſte ut ſuprà.
De conſtituendo *Ricardum de Preſton* Majorem villæ *Caleſiæ*, cum poteſtate ei conceſſa. Data ut ſuprà 20. Februarii.

Digitized by Google

Membrana 25.

De inquirendo de quodam tenemento in villa *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 16. Februarii.

De cuſtodia caſtri de *Hammes*, commiſſa *Ricardo de Stury*. Teſte Rege ut ſuprà 20. Februarii.

Acquietantia pro Duce *Britanniæ* de duobus millibus & nonagentis & ſexaginta marcis & quinque ſolidatis in parte ſolutionis triginta millium marcarum. Teſte ut ſuprà 6. Februarii.

De aſſignando *Henricum Leſcrop* & alios, ad ſupervidendum caſtra & fortalitia apud *Caleſiam* & alibi. Data ut ſuprà 9. Martii.

Membrana 24.

De conductu pro *Hugone de Digoine*, Chivaler, veniendo in *Angliam* cum moneta pro ſolutione finantiæ Ducis de *Bourbon*. Data apud *Weſtminſter* 31. Martii.

De deliberatione burgenſium obſidum villæ de *Lyon*. Data ut ſuprà 6. Aprilis.

De admiſſione burgenſium villæ prædictæ in obſides. Teſte ut ſuprà.

De capellaria in villa de *Abbeville* fundanda. Teſte ut ſuprà 21. Aprilis.

Membrana 23.

De ſubſidio conceſſo Majori & Conſulibus villæ de *Abbeville*, circa fortificationem ejuſdem. Teſte ut ſuprà.

De conductu pro Vicecomite d'*Aunay*, eundo ad partes tranſmarinas. Teſte ut ſuprà 25. Aprilis.

De conductu pro *Euſtachio* pincerna Regis *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 26. Aprilis.

De conſtituendo *Walterum de Dalby* cuſtodem victualium villæ *Caleſiæ*. Data apud *Weſtminſter* 10. Maii.

Membrana 22.

De cuſtodia caſtri de *Caleys*, commiſſa *Stephano de Valence*. Teſte ut ſuprà 5. Maii.

De marinariis eligendis & capiendis. Teſte ut ſuprà 8. Maii.

De intendendo *Waltero Hewet*, Militi, ad arraiandum homines ad arma. Teſte ut ſuprà 7. Maii.

Thomas de Mandeville, ſenior Miles, habet literas de protectione & generali attornatu. Teſte ut ſuprà.

Conſimiles literas habent ſubſcripti, videlicet,

Henricus de Coggeshale, *Willelmus de Waunton*,	Chivalers.	*Thomas Graunſton*, *Richardus Waldegrave*, *Willelmus de Lucy*, *Willelmus Logan*, *Johannes Lodelowe*, *Johannes de Burgherſche*,	Milites.
Johannes de Sutton, Junior, *Johannes Pokebruge*, *Johannes Geroun*, *Ricardus de Sutton*, *Robertus de Swynbourne*,	Milites.		

Membrana 21.

David de Strabolgi Comes de *Athol*, habet literas de protectione & generali attornatu.

Conſimiles literas habent ſubſcripti, videlicet,

Ricardus de Fyton, *Henricus de Coggeshale*, *Johannes Burgherſch*, *Johannes de Hothum*,	Chivalers.	*Thomas de Graunſton*, *Johannes Dakeney*, *Walterus de Pedewardin*, *Thomas Ughtred*,	Chivalers.

Membrana 20.

De conſtituendo *Humfridum* Comitem de *Hereford*, Capitaneum & Locumtenentem Regis in dominiis de *Merke*, *Caleys* & *Guiſnes*, cum poteſtate ad ſupervidendum caſtra, fortalitia & villas. Teſte apud *Weſtminſter* 10. Maii.

De conſtituendo *Walterum de Dalby*, Receptorem & cuſtodem victualium villæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 6. Maii.

Laurentius Pakenham, Miles, *Matheus de Stawell*, Chivaler, & *Robertus Paſſele*, Miles, habent literas de protectione.

BIBLIOTH. DE LA VILLE LYON

Digitized by Google

A N. Dom. 1369.

Membrana 19.

De victualibus uſque *Caleſiam* ducendis. Teſte ut ſuprà 17. Maii.

De deliberatione *Johannis Ravinel* burgenſis de *Rouen*, obſidis. Teſte ut ſuprà 26. Maii.

De conductu pro valetto *Johannis Oſſars* burgenſis de *Rouen*, & pro valetto *Johannis de Vaugonloy* burgenſis de *Troyes*, eundo ad partes *Franciæ*.

Robertus Paſſele, & *Gerardus de Braybroke*, Chivalers, habent literas de protectione & generali attornatu.

Membrana 18.

Conſimiles literas de protectione & generali attornatu habent ſubſcripti, videlicet;

Johannes de Multon,	Milites.	*Andreas Lutterell*,	Chivalers.
Johannes de Brokhill,		*Robertus de Swinbourne*,	
Guilbertus de Staunford,	Chivalers.	*Rogerus de Boys*,	
Johannes de Herle,		*Robertus Corbet*,	
Willelmus de Ufford,		*Gilbertus de Stanford*,	

Membrana 17.

Conſimiles literas habent *Johannes* Dux de *Lancaſtre*, *Ricardus de Waldegrave*; *Robertus Rous*, & *Gilbertus Giffard*, Chivalers.

Membrana 16.

Conſimiles literas habet *Hugo de Clideron*, Chivaler.

De conductu pro valetto *Willelmi Eſſerts* burgenſis de *Paris*, obſidis, eundo ad partes tranſmarinas pro finantia magiſtri ſui. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 6. Junii.

De poteſtate data *Ricardo Stafford*, Chivaler, *Johanni Shepey*, & *Adamo de Bury*, de tractando cum Comite *Flandriæ*, & illis de patria *Flandriæ*, de alligantiis obſervandis. Data apud *Weſtminſter* 12. Junii.

Membrana 15.

Literæ de protectione & generali attornatu diverſis perſonis conceſſæ.

Membrana 14.

Pro *Lodovico* Vicecomite de *Thouars*, licentia conſtituendi Procuratorem ſuum ad placitandum in negotio ſuo. Data apud *Weſtminſter* 12. Junii.

Thomas Faſtolfe, Miles, habet literas de protectione.

Membranæ 13. & 12.

Literæ de protectione & generali attornatu diverſis perſonis conceſſæ.

Membrana 11.

De conſtituendo *Nicholaum de Tamworth* Admirallum flotæ navium versùs partes boreales. Teſte ut ſuprà 12. Junii.

De conſtituendo *Johannem* Ducem de *Lancaſtre*, Capitaneum & Locumtenentem in dominiis de *Merke*, *Guyſnes*, & *Caleys*, cum poteſtate ad ſupervidendum omnia caſtra, fortalitia, villas & alia loca. Teſte ut ſuprà.

Membranæ 10. 9. 8. & 7.

Literæ de protectione & generali attornatu diverſis perſonis conceſſæ.

Membrana 6.

Pro mercatoribus ſtapulæ *Caleſiæ*, de debitis levandis ſuper ſtapula ab eadem villa amovendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 3. Julii.

De fabris capiendis ad proficiſcendum ad partes tranſmarinas. Teſte Rege apud *Eltham* 22. Auguſti.

Membranæ 5. & 4.

Literæ de protectione & generali attornatu diverſis perſonis conceſſæ.

Digitized by Google

AN. DOM. 1369.

Membrana 3.

De tenementis in villa *Caleſiæ* conceſſis *Waltero* Domino de *Manny*. Teſte ut ſuprà 3. Novembris.

De conductu pro *Johanne Maſſyner*, priſonario *Johannis Moyſy*, eundo ad partes *Franciæ* pro financia ſua. Teſte ut ſuprà 6. Decembris.

De conſtituendo *Willelmum Pudeneſſe* Receptorem & cuſtodem victualium apud *Caleys*. Teſte ut ſuprà 10. Decembris.

Membrana 2.

De conductu pro valetto *Delphini* Comitis d'*Auvergne* veniendo in *Angliam*. Teſte ut ſuprà.

De navibus & marinariis areſtandis, & uſque portum de *Winchelſe* ducendis. Teſte ut ſuprà 17. Januarii.

Membrana 1.

De hominibus ad arma eligendis & capiendis. Teſte ut ſuprà 23. Januarii.

De conductu pro *Fermino Grenette* veniendo in *Angliam*, ad tractandum cum *Willelmo la Zouche*, pro finantia *Petri Seny* de *Amiens*, priſonarii. Teſte ut ſuprà.

De bladis ducendis uſque villam *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 6. Januarii.

AN. DOM. 1370.

Rotulus Franciæ de anno 44. Edwardi III.

Membrana 28.

DE conductu pro valetto *Jacobi de Eſſars*, & *Guidonis Ravenel*, burgenſium *Rothomagenſium*, obſidum, eundo ad partes tranſmarinas pro finantia ſua. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 2. Februarii.

Thomas Walkeſaire, Chivaler, ad partes tranſmarinas profecturus, habet literas de protectione.

Pro hominibus in inſulis de *Gerneſeye*, *Serke* & *Audreney* morandis ibidem pro ſalva cuſtodia earundem. Teſte ut ſuprà 8. Februarii.

De navibus areſtandis, & uſque portum de *Orewell* ducendis. Teſte ut ſuprà 6. Februarii.

Membrana 27.

De conſtituendo *Guidonem de Bryan* Admirallum flotæ navium versùs partes occidentales. Teſte ut ſuprà 6. Februarii.

Johannes de Nevill de Raby, Chivaler, *Johannes Stretche*, *Johannes Bodenham*, & *Nicholaus de Tamworth*, Chivalers, in partes tranſmarinas profecturi habent literas de protectione.

Membrana 26.

De conductu pro valetto *Johannis Preſcy*, & *Lodovici de Foer*, burgenſium de *Lyon*, obſidum, eundo ad partes tranſmarinas pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 28. Februarii.

De conſtituendo *Nicholaum de Tamworth* Capitaneum caſtri & villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 1. Maii.

Thomas Fog, *Johannes Talbot*, *Johannes de Tyringham*, Chivalers, & *Johannes Hamely*, Miles, in partes tranſmarinas profecturi, habent literas de generali attornatu.

Membrana 25.

De navibus areſtandis & uſque portus de *Dertmouth* & *Southampton* ducendis. Teſte ut ſuprà 10. Maii.

Membrana 24.

Literæ de protectione & generali attornatu diverſis perſonis conceſſæ.

Digitized by Google

An. Dom. 1370.

Membrana 23.

De conſtituendo *Johannem* Dominum de *Gumenie*, Capitaneum caſtri & villæ de *Ardres*. Teſte ut ſuprà 12. Maii.

Membrana 22.

De equis reſtituendis Domino de *la Sparre*. Teſte ut ſuprà 17. Maii.

Membranæ 22. 21. & 20.

Literæ de protectione & generali attornatu diverſis perſonis conceſſæ.

Membrana 19.

De conſtituendo *Johannem de Nevill de Raby* Admirallum flotæ navium versùs partes boreales. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 30. Maii.
De domibus in *Caleſia* areſtandis. Teſte ut ſuprà 5. Junii.

Membranæ 18. 17. & 16.

Literæ de protectione & generali attornatu diverſis perſonis conceſſæ.

Membrana 15.

Pro *Roberto Knolles*, Chivaler, habendo cuſtodiam caſtrorum & terrarum liberandarum Regi *Angliæ*, ſuper tractatu. Teſte ut ſuprà 8. Julii.
Willelmus de Weſſington, Chivaler, & *Thomas de Graunſon*, Miles, habent literas de protectione.

Membrana 14.

De aſſociando *Alanum de Buxhill*, Camerarium, *Thomam de Grauntſon*, & *Johannem Bourchier*, Chivalers, cum *Roberto Knolles*, Locumtenente Regis in partibus *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 8. Julii.
De conſtituendo *Radulfum de Ferrariis*, Admirallum flotæ navium pro paſſagio *Roberti Knolles* & aliorum. Teſte ut ſuprà 8. Julii.

Membrana 13.

De exemplificatione Sacramentorum & promiſſionum diverſorum Militum & Armigerorum, de intendendo *Roberto Knolles*, & aliis Locumtenentibus Regis in partibus *Franciæ*. Data ut ſuprà 10. Julii.
De cuſtodia caſtri de *Guyſnes*, commiſſa *Johanni de Harleſton*, Armigero. Teſte ut ſuprà 10. Julii.

Membrana 12.

Willelmus de Ufford Comes de *Suffolc*, *Johannes de Meryet*, Chivaler, *Rogerus Boys*, & *Johannes de Hopton*, Milites, habent literas de protectione.

Membrana 11.

De ordinatione de Rege *Angliæ* reſumendo nomen & titulum de Regno & Corona *Franciæ*. Data apud *Weſtminſter* ut ſuprà.
De victualibus pro munitione villæ *Caleſiæ* capiendis. Teſte ut ſuprà 16. Julii.

Membrana 10.

Pro Rege *Navarræ* de abſtinentiis guerræ. Data apud manerium de *Clarendon* 24. Auguſti.
De conductu pro Rege *Navarræ* eundo per terras & dominia Regis *Angliæ*. Teſte Rege apud manerium de *Claryndon* 12. Auguſti.
Johannes de Aiſterby, & *Willelmus Buſshy*, Milites, *Alanus de Buxhull*, & *Thomas Gyffard*, Chivalers, in partes tranſmarinas profecturi, habent literas de protectione.

Membrana 9.

Conſimiles literas habent *Johannes Erpyngham*, & *Johannes Reymes*, Milites, *Johannes de Tycheburne*, Chivaler, *Robertus Maleſer*, & *Walterus Mewe*, Armigeri.

Digitized by Google

An. Dom. 1370.

De relaxatione obſidum burgenſium villarum de *Liſle* & de *Douay*. Teſte ut ſuprà 6. Auguſti.

De conſtituendo *Adam de Bury* Majorem ſtapulæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 10. Auguſti.

De conſtituendo *Ricardum de Preſton* Conſtabularium ſtapulæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà.

De conſtituendo *Willelmum* Dominum de *Latymer*, Locumtenentem caſtri, villæ & Vicecomitatûs *Sancti Salvatoris* in *Normania*. Teſte ut ſuprà 14. Auguſti.

De conductu pro valetto *Guidonis Ravenell*, unius obſidum de villa de *Rouen*, veniendo in *Angliam* cum finantia ſua. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Julii.

De conductu pro valetto *Jacobi de Eſſars*, unius obſidum de villa de *Rouen*, eundo ad partes *Franciæ* pro finantia. Teſte ut ſuprà.

De aſſignando *Thomam de Ilſton* Contrarotulatorem apud *Caleſiam*. Teſte ut ſuprà 7. Septembris.

De diverſis perſonis recipiendis in Aldermannos apud *Caleſiam*. Teſte ut ſuprà.

De officio Cambiatoris *Caleſiæ*, commiſſo *Johanni de Leyceſtre*. Teſte ut ſuprà 6. Septembris.

Membrana 8.

De officio ſcrutatoris apud *Caleſiam*, conceſſo *Thomæ Fynche*. Teſte ut ſuprà.

De acquietando *Johannem de Vaugoley*, de obſidione pro villa de *Troyes*. Teſte ut ſuprà 8. Octobris.

Membrana 7.

De bladis providendis pro munitione villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 10. Octobris.

Robertus Howard, & *Willelmus de Hoo*, Milites, habent literas de protectione.

Membrana 6.

De latoniis & carpentariis capiendis. Teſte ut ſuprà 30. Octobris.

De conductu pro valetto *Petri le Sene*, obſidis, in *Angliam* venturi cum finantia. Teſte ut ſuprà 20. Novembris.

De acquietando *Baudouin de Bouloigne*, & *Nicholaum Dene*, burgenſes villæ de *Saint Omer* de obſidione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 29. Novembris.

Membrana 5.

De conductu pro Rege de *Navarre* in *Angliam*, veniendo pro concluſione de certis appunctuamentis. Data apud *Weſtminſter* 28. Novembris.

De conductu pro *Sancio Lupi de Vricio*, Armigero, in regnum & poteſtatem Regis veniendo. Teſte ut ſuprà 1. Decembris.

De conſtituendo *Alanum de Buxhull*, Capitaneum *Sancti Salvatoris*. Teſte ut ſuprà 26. Novembris.

De aſſignando *Jacobum Treverbyn* Receptorem *Sancti Salvatoris*. Teſte ut ſuprà 2. Decembris.

Membrana 4.

Pur voidre gents hors de la Seignurie le Roi de *Navarre*. Data ut ſuprà 26. Novembris.

De acquietando *Georgium de Clere*, obſidem pro parte. Teſte ut ſuprà 1. Decembris.

De conductu pro Nunciis Regis *Navarræ* eundo ad partes quaſcunque. Teſte ut ſuprà.

Membrana 3.

Prorogatio tractatuum factorum inter Regem *Angliæ* & Regem *Navarræ*. Teſte ut ſuprà 26. Novembris.

De conductu pro *Dominico de Bardilby*, uno obſidum de *Aureliano* in *Angliam* redeundo. Teſte ut ſuprà 1. Decembris.

De conductu pro *Paſcaloto Uſus maris* (*Uſomare*) Nuncio Ducis de *Janua* (*Gennes*), & communitatis, in *Angliam* veniendo pro negotiis expediendis. Teſte ut ſuprà 5. Decembris.

Digitized by Google

An. Dom. 1370.

Membrana 2.

De trituratoribus capiendis. Teſte ut ſuprà 22. Januarii.
De marinariis capiendis pro munitione navium Admiratûs versûs partes boreales & occidentales. Teſte ut ſuprà 23. Januarii.

Membrana 1.

Finalis reſponſio facta ad Regem *Navarræ*, de principe non adhibendo aſſenſum ſuum ad tractatum. Data ut ſuprà 22. Januarii.

An. Dom. 1371.

Rotulus Franciæ de anno 45. Edwardi III.

Membrana 18.

DE navibus areſtandis & uſque portum de *Lenne* ducendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. Januarii.

Membrana 17.

De navibus in aqua de *Severne* areſtandis, & uſque portum de *Plymouth* ducendis. Teſte ut ſuprà 18. Martii.
De tenemento in *Caleſia* conceſſo *Reynaldo Neuport.* Teſte ut ſuprà 2. Aprilis.

Membrana 16.

De tenemento in *Caleſia* conceſſo *Nicholao de Caleys*, Falconario Regis. Teſte Rege apud manerium de *Chiltem Langele* 4. Aprilis.
Prorogatio tractatûs facti inter Reges *Angliæ* & *Navarræ*. Teſte ut ſuprà 28. Aprilis.

Membrana 15.

De conſtituendo *Johannem de Lanton*, Capitaneum caſtri, villæ & comitatûs *Sancti Salvatoris*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 22. Maii.
De capiendo homines ad arma, armatos, & ſagittarios, & marinarios pro munitione navium. Teſte ut ſuprà 16. Maii.
De conductu pro *Johanne le Manner*, uno hoſtagiorum Regis *Franciæ*, eundo ad partes *Franciæ* pro finantia ſua. Data apud *Winton* 20. Junii.
De cuſtodia caſtri de *Oye* commiſſa *Hermanno de Boſco.* Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. Maii.
De cuſtodia caſtri de *Otterwyk* commiſſa *Willelmo Daveys.* Teſte ut ſuprà 4. Junii.
De conſtituendo *Alanum Buxhull* Capitaneum caſtri, villæ & Vicecomitatûs *Sancti Salvatoris.* Data ut ſuprà 3. Junii.

Membrana 14.

De conſtituendo *Nicholaum de Tamworth* Capitaneum caſtri & villæ *Caleſiæ.* Teſte ut ſuprà 1. Maii.
De conductu pro valettis burgenſium de *Rouen*, ad partes tranſmarinas eundo. Teſte Rege apud *Guldeford* 12. Maii.
De officio magiſtri monetarum in villa *Caleſiæ*, commiſſo *Bardetto de Malepilys.* Teſte Rege apud *Weſtminſter* 16. Maii.

Membrana 13.

Literæ de protectione & generali attornatu diverſis perſonis conceſſæ.

Membrana 12.

De poteſtate data *Nicholao de Lovayn*, Chivaler, & aliis, ad tractandum cum Comite *Flandriæ*, ſuper attemptatis reformandis. Teſte Rege apud *London* 1. Julii.
De conductu pro eiſdem Nunciis. Data ut ſuprà.

Membrana 11.

Digitized by Google

Membrana 11.

De navibus areſtandis, & eas ſub areſto detinendis. Teſte Rege apud *Winton* 13. Junii.

Membrana 10.

De conductu pro *Rolando Coiteles*, & aliis in *Angliam* ad Regem veniendis. Teſte ut ſuprà 20. Junii.

De conſtituendo *Adam de Bury*, Majorem villæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 10. Auguſti.

Membrana 9.

De conductu pro *Leonardo de Harmes*, uno hoſtagiorum Regis *Franciæ*, versùs partes *Flandriæ* tranſeundo pro financia ſua. Teſte ut ſuprà 4. Auguſti.

De tractando cum illis de *Flandria* ſuper tractatu obſervando. Data ut ſuprà 10. Auguſti.

De conductu pro burgenſibus villæ de *Tours*, obſidibus, eundo ad partes tranſmarinas pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 15. Auguſti.

De conductu pro valetto hoſtagiorum de *Paris*, eundo ibidem pro finantiis ſuis. Teſte ut ſuprà 28. Septembris.

Membrana 8.

De aſſignando *Willelmum de Ufford*, Comitem de *Suffolc*, & alios cuſtodes omnium portuum & litorum in comitatibus de *Norfolc* & *Suffolc*. Teſte ut ſuprà 25. Octobris.

De conſtituendo *Henricum Roſe*, Capitaneum villæ *Magnæ Jeſnemuth* (*Yarmouth*). Teſte ut ſuprà.

De præſentationibus ad Eccleſias in inſula de *Jereſey*. Teſte ut ſuprà 6. Octobris.

Membrana 7.

De conſtituendo *Radulfum de Ferrariis*, Admirallum flotæ navium versùs partes boreales. Teſte ut ſuprà.

Eodem modo aſſignatur *Robertus de Aſſheton*, Chivaler, versùs partes occidentales. Teſte ut ſuprà.

De conductu pro *Januenſibus*. Teſte ut ſuprà 14. Octobris.

Membrana 6.

De poteſtate data *Roberto de Nevyll*, & *Ranulfo Barry*, Armigero, ad tractandum cum Duce *Britanniæ* ſuper deliberatione villæ de *Becherell*. Data apud *Weſtminſter* 1. Novembris.

Pro eiſdem ad tractandum cum eodem *Duce* ſuper diverſis articulis. Data ut ſuprà.

Membrana 5.

De meſſuagio in villa *Caleſiæ*, conceſſo Comiti de *Pembroke*. Teſte ut ſuprà 10. Novembris.

Thomas Cowene, & *Ricardus de Whitefeld*, Milites, ac *Walterus Huwet*, Chivaler, habent literas de protectione & generali attornatu.

Membrana 4.

De conductu pro *Johanne de Vinore* eundo ad partes *Franciæ*, pro moneta pro ſuſtentatione Domini de *Roye*, unius hoſtagiorum Regis *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 4. Octobris.

De cuſtodia caſtri de *Oye*, commiſſa *Hermano de Boſco*. Teſte ut ſuprà 8. Novembris.

De conductu pro valetto hoſtagiorum de *Rouen*, eundo versùs partes *Franciæ* pro finantiis ſuis. Teſte ut ſuprà 14. Novembris.

Pro *Johanne de Harleſton*, Capitaneo villæ de *Guyſnes*, de victualibus ducendis abſque cuſtuma reddenda. Teſte ut ſuprà 9. Decembris.

De conductu pro valetto *Philippi de Fourkes*, unius hoſtagiorum villæ de *Tours*, eundo extra regnum pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà.

Digitized by Google

An. Dom. 1371.

Membrana 3.

De victualibus traducendis pro *Canono Robertſart*, Capitaneo caſtri de *Ardres*. Teſte ut ſuprà 4. Decembris.

Membrana 2.

De lanis à villa *Caleſiæ* non ducendis. Teſte ut ſuprà 27. Novembris.

Membeana 1.

De conductu pro Cardinali de *Beauves* (*Beauvais*), miſſo per *Papam* ad tractandum de pace inter Regem & adverſarium *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 23. Januarii.

An. Dom. 1372.

Rotulus Franciæ de anno 46. Edwardi III.

Membrana 51.

DE pace inter Regem & *Januenſes* ordinata. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. Januarii.

De conductu pro *Johanne de Preſcy* uno hoſtagiorum Regis *Franciæ*, eundo ad partes *Franciæ* pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 26. Januarii.

Membrana 50.

De poteſtate data *Henrico Leſcrop*, & aliis ad tractandum cum *Flandrenſibus* ſuper attemptatis ordinandis. Teſte ut ſuprà 6. Februarii.

De poteſtate data concedendi conductus Nunciis *Flandriæ*. Teſte ut ſuprà 7. Februarii.

Membrana 49.

De navibus arreſtandis pro paſſagio Regis. Teſte ut ſuprà.

De conductu pro *Johanne de Thorp*, Chivaler, & aliis Nunciis Regis eundo extra regnum. Teſte ut ſuprà 28. Februarii.

De conductu pro *Johanne Roche* de *Zelande*, Nuncio Regis versùs partes *Pruſſiæ* tranſeundo. Teſte ut ſuprà 3. Martii.

Membrana 48.

De ſagittariis eligendis & triandis. Teſte ut ſuprà 16. Februarii.

De poteſtate data Epiſcopo de *London*, & aliis concedendi conductus Nunciis *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 20. Februarii.

De conductu pro Nunciis *Franciæ* venientibus pro tractatu Pacis. Data ut ſuprà.

Membrana 47.

De recipiendo magiſtrum *Rogerum de Freton*, loco magiſtri *Johannis de Shepeye*, pro tractatu de *Flandria*. Teſte ut ſuprà 10. Februarii.

De poteſtate tractandi cum ipſis de *Francia*. Teſte ut ſuprà 19. Februarii.

Membrana 46.

De conſtituendo *Willelmum de Courtnay*, Admirallum flotæ navium versùs partes occidentales. Teſte ut ſuprà 7. Martii.

De conſtituendo *Willelmum de Nevill*, Admirallum flotæ navium versùs partes boreales. Teſte ut ſuprà 11. Martii.

De conductu pro *Petro Van Campe*, versùs partes *Flandriæ* tranſeundo pro finantia *Johannis Bloine*, priſonarii *Roberti Hautee*. Teſte ut ſuprà 15. Martii.

De cuſtodia caſtri de *Gurry* in inſula de *Jereſey*, commiſſa *Edmundo Roſe*, Armigero. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. Martii.

De conductu pro obſidibus villæ de *Tournay*, versùs partes ſuas proprias tranſeundo pro finantiis ſuis. Teſte ut ſuprà 31. Martii.

De poteſtate tractandi cum Rege *Aragoniæ*, de ligis & amicitiis. Data ut ſuprà 7. Aprilis.

De vino de la *Rive*, versùs partes *Pruciæ* ducendo. Teſte ut ſuprà.

Digitized by Google

Membrana 45.

De concordia cum *Flandria* facta. Teſte ut ſuprà 5. Aprilis.
De cuſtodia caſtri de *Caleys*, commiſſa *Willelmo de Ryſceby*, Armigero. Teſte ut ſuprà 6. Maii.

Membranæ 44. & 43.

De lanis traducendis uſque *Middelburgh* in *Zelande*, vel *Dordreght* in *Hollande*. Teſte ut ſuprà 4. Februarii.

Membrana 42.

De auxiliando *Karolum d'Artois*, Comitem de *Ponſenats*, in recuperando hæreditatem ſuam in regno *Franciæ*. Data ut ſuprà 18. Aprilis.
De conſtituendo *Rogerum de Bellocampo*, Capitaneum villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 6. Maii.

Membrana 41.

De navibus areſtandis pro paſſagio fidelium Regis. Teſte ut ſuprà 14. Maii.

Membrana 40.

De aſſociatione pro hominibus arraiandis. Teſte ut ſuprà 26. Maii.
De marinariis eligendis pro *Rogero de Bellocampo*, de licentia traducendi victualia pro hoſpitio ſuo. Teſte ut ſuprà.
De tractando cum ipſis de *Flandria*. Data ut ſuprà.

Membrana 39.

De poteſtate data ad renunciandum juri Regis in partibus de *Holland*, &c. Teſte ut ſuprà 15. Junii.
De tractando cum Duce *Alberto*. Teſte ut ſuprà 11. Junii.

Membrana 38.

De aſſignando *Johannem de Monteacuto*, & alios cuſtodes portuum in comitatu de *Southampton*. Teſte ut ſuprà 12. Junii.
De proclamatione facienda de morando in comitatu de *Southampton*. Teſte ut ſuprà.
De proclamatione de mora facienda ſuper coſteram maris. Teſte ut ſuprà.

Membrana 37.

De morando ſuper coſteram maritimam. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. Junii.
De hominibus arraiandis & terram maritimam cuſtodiendo. Teſte ut ſuprà 15. Junii.

Membrana 36.

De aſſignando Abbatem de *Quarrera*, & alios cuſtodes litorum maris in inſula *Vecta*. Teſte ut ſuprà 9. Junii.
De conductu pro Nunciis Comitis *Flandriæ*. Teſte ut ſuprà 10. Junii.
De proclamatione facienda pro hominibus habentibus terras in inſula *Vecta* trahendis ſe ibidem. Teſte ut ſuprà 8. Junii.

Membrana 35.

De hominibus in ſingulis comitatibus *Angliæ* arraiandis. Teſte ut ſuprà 18. Junii.

Membrana 34.

De intendendo arraiatoribus hominum ad arma. Teſte ut ſuprà 12. Junii.
De Clero arraiando. Teſte ut ſuprà 16. Junii.

Membrana 33.

De arraiatione hominum de *Winchelſey* & *Haſtings*, ſuperſedendo. Teſte ut ſuprà 14. Julii.

Membrana 32.

Poteſtas data ſuper alligantiis faciendis cum Duce *Britanniæ*. Teſte ut ſuprà 1. Junii.

Digitized by Google

Membranæ 31. & 30.

Indentura facta inter Regem & Ducem *Britanniæ*. Data 19. Julii.

Membrana 30.

Memorandum, quòd quædam literæ patentes tangentes Ducem *Britanniæ*, irrotulantur in rotulo patentium de anno præsenti.

De ordinando *Johannem* Dominum de *Nevill*, Gubernatorem hominum ad arma in partibus *Britanniæ*. Teste ut suprà 24. Julii.

Membrana 29.

Literæ de protectione & generali attornatu diversis personis concessæ.

Membrana 28.

De conductu pro Mercatoribus de *Florentia*. Teste ut suprà 9. Julii.

De conductu pro Mercatoribus de *Venise*. Teste ut suprà.

Membrana 27.

De intendendo custodibus terræ maritimæ in comitatu *Kantiæ*. Teste 15. Julii.

De hominibus in comitatu de *Devon*, arraiandis. Data ut suprà.

Membranæ 26. & 25.

De concordia inter Regem & Ducem *Britanniæ*. Data apud *Westminster* 8. Augusti.

Membrana 25.

Memorandum, de liberatione literarum tangentium Ducem *Britanniæ*, in Thesaurarum Regis.

Membranæ 24. 23. 22. 21. 20. & 19.

Literæ de protectione & generali attornatu diversis personis concessæ.

Membrana 18.

De navibus arestandis & usque portum de *Southampton* ducendis. Teste Rege apud *Sandwicum* 20. Augusti.

Membrana 17.

Literæ de protectione & generali attornatu diversis personis concessæ.

Membrana 16.

De ordinando pro salva custodia insulæ de *Taneto*. Teste Rege apud *Preston* 24. Augusti.

De morando in insula de *Shepeye*. Teste ut suprà 23. Augusti.

Membrana 14.

De inquirendo de possessionibus Religiosorum alienigenarum in insula de *Jersey*, &c. Teste Rege apud *Westminster* 14. Augusti.

De hominibus in insula de *Taneto* arraiandis. Teste ut suprà 28. Augusti.

Membrana 13.

De marinariis arestandis. Teste Rege apud *Westminster* 4. Julii.

Membrana 12.

Pro burgensibus villæ *Calesiæ* de inquirendo ad quod dampnum super confirmatione de libertatibus suis. Teste ut suprà 12. Decembris.

Membrana 11.

De conductu pro Mercatoribus *Januæ*. Teste ut suprà 28. Octobris.

Digitized by Google

Membrana 10.

De intendendo præfato Capitaneo. Teſte ut ſuprà 3. Februarii.

De cuſtodia caſtri de *Merke* commiſſa *Thomæ* Comiti *Mareſcallo*, &c. Teſte ut ſuprà 8. Februarii.

Thomas Dominus de *Clyfford*, qui in Nuncium Regis versùs ſummum *Pontificem* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 13. Februarii.

Membrana 4.

De conſtituendo *Robertum de Sutton* Gubernatorem mercatorum apud villam *Caleſiæ.* Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. Februarii.

Membrana 3.

De conſtituendo *Henricum* Comitem *Northumbriæ*, Capitaneum villæ *Caleſiæ*, Procuratorem Regis ad tractandum cum Comite d'*Oſtrevant*, de amicitiis & alligantiis. Teſte ut ſuprà 25. Februarii.

De conſtituendo *Edwardum* Comitem de *Rutland*, Admirallum flotæ navium versùs partes boreales. Teſte ut ſuprà 22. Martii.

Membrana 2.

De cuſtodia caſtri *Caleſiæ* commiſſa *Philippo de la Vache.* Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. Maii.

Membrana 1.

De conductu pro mercatoribus villæ de *Amyens.*

Digitized by Google

AN. DOM. 1391. 1392.

Rotulus Franciæ de anno 15. Ricardi II.

Membrana 16.

DE officio Collectoris reddituum in villa *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Frank.* Teſte Rege apud *Weſtminſter* 27. Junii.

Membrana 15.

De conductu pro Nunciis Regis *Caſtellæ* & *Legionis*, in Ducatum *Aquitaniæ* veniendis ſuper ſolutiones faciendas *Johanni* Duci de *Lancaſtre*, ſecundùm compoſitionem ſuper jure & dominio regnorum *Caſtellæ* & *Legionis*, *Toleti*, &c. Teſte ut ſuprà 13. Julii.

Membrana 14.

De navibus & marinariis areſtandis pro paſſagio *Thomæ* Ducis de *Glouceſtre* versùs partes *Pruſſiæ*. Teſte ut ſuprà 5. Septembris.

De poteſtate commiſſa eidem Duci de *Glouceſtre*, ad tractandum cum Magiſtro *Pruſſiæ* de quibuſdam negotiis inter Regem & ipſum Magiſtrum. Teſte ut ſuprà 16. Septembris.

De licentia danda prædicto Duci tranſeundi versùs partes *Pruſſiæ*. Teſte ut ſuprà.

Thomas de Morley Mareſcallus *Hiberniæ*, qui versùs partes *Pruſiæ* profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 23. Septembris.

Membrana 13.

Thomas Murdock, Miles.
Johannes Lambe,
Sampſon Grenewich,
Walterus Beterley, } Armigeri.

Johannes Glouceſter,
Johannes Mendam,
Ricardus Pulteney,
Johannes Sewale, } Armigeri.

qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de protectione.

Membrana 12.

De conductu pro *Franciſco Myre* Seneſcallo Regis *Armeniæ*, & *Johanne Myre* Camerario ejuſdem Regis, veniendis in regnum *Angliæ*. Teſte Rege apud caſtrum de *Windſore* 27. Septembre. (*Vide Membranam 9.*)

Rex conſtituit *Thomam* Archiepiſcopum *Eborum*, Cancellarium ſuum, & magnum Sigillum ei liberavit.

De cuſtodia caſtri de *Merke* in marchia *Caleſiæ*, commiſſa *Johanni de Lancaſtre*, Armigero. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 10. Octobris.

Membrana 11.

De conductu pro *Walerano* Comite de *Sancto Paulo*, in regnum *Angliæ* veniendo. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. Novembris.

De certis ſummis ſuper ſolùtionibus vadiorum Capitaneorum & ſoldariorum villæ *Caleſiæ* committendis. Teſte ut ſuprà 1. Novembris.

Membrana 10.

Willelmus Clyfton, Armiger, qui in comitiva *Thomæ Swynbourne* Militis, Capitanei caſtri de *Guyſnes*, moratur, habet literas de protectione.

Membrana 9.

De aſſignando Magiſtrum *Alanum de Newerk*, *Philippum More*, *Johannem Herburg & Johannem Frome*, ad ſupervidendum caſtrum & villam de *Breſt*. Teſte ut ſuprà 14. Decembris.

De cuſtodia caſtri & villæ de *Cherbourg* commiſſa *Johanni Golaſſe*. Teſte ut ſuprà 18. Decembris.

De conductu pro *Johanne Amano* & *Franciſco Beguda*, Scutiferis, Ambaſſiatoribus Regis *Armeniæ*, in regnum *Angliæ* veniendis. Teſte ut ſuprà 16. Januarii.

Digitized by Google

AN. DOM. 1391. 1392.

Membrana 8.

De poteſtate commiſſa Magiſtro *Alano Newerk*, *Philippo More*, *Johanni Norbury* & *Johanni Frome*, ad tractandum cum Duce *Britanniæ*, tam de pace quàm de treugis. Teſte 14. Decembris.

Sampſon Micham & *Robertus Dougate*, Armigeri, qui in comitiva Comitis Mareſcalli Capitanei villæ *Caleſiæ* morantur, habent literas de protectione.

Membrana 7.

De conſtituendo *Edwardum* Comitem de *Roteland*, Admirallum flotæ navium versùs partes tam occidentales quàm boreales, ac etiam de poteſtate ei conceſſa. Teſte ut ſuprà 29. Novembris.

De poteſtate commiſſa *Johanni* Duci de *Lancaſtre*, ad tractandum cum Adverſario *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 22. Februarii.

De poteſtate commiſſa *Johanni* Duci *Aquitaniæ* & *Lancaſtriæ*, Epiſcopo *Dunelmenſi*, *Edwardo* Comiti de *Roteland*, *Johanni Holand* Comiti de *Huntingdon*, *Thomæ Percy*, *Johanni* Domino *de Cobham* & Magiſtro *Ricardo Rouhale*, ad tractandum cum Commiſſariis Adverſarii *Franciæ* de treugis. Data apud *Weſtminſter* 22. Februarii.

Pro eiſdem ad tractandum ſuper facto pacis. Data ut ſuprà.

Membrana 6.

De conſtituendo *Johannem* Ducem *Aquitaniæ* & *Lancaſtriæ*, Locumtenentem Regis in partibus *Picardiæ* in regno *Franciæ*. Data ut ſuprà.

De navibus tam versùs partes boreales quàm occidentales congregari faciendis. Teſte ut ſuprà 1. Aprilis.

Membrana 5.

De aſſignando *Johannem* Ducem de *Lancaſtre* ad ſtatum caſtrorum in partibus *Picardiæ* ſupervidendum. Teſte ut ſuprà 28. Februarii.

De cuſtodia caſtri *Caleſiæ* commiſſa *Philippo de la Vache*. Teſte Rege apud caſtrum de *Ledes* 25. Martii.

De concedendo Majori villæ *Caleſiæ*, ad quendam gladium punctu erecto coram eo portandum. Teſte ut ſuprà 22. Martii.

Membranæ 4. & 3.

De prorogatione treugarum cum Adverſario *Franciæ* facta per *Johannem* Ducem *Aquitaniæ* & *Lancaſtriæ* à 16. die Auguſti uſque ad feſtum Sancti Michaelis proximò futurum, & ab dicto feſto uſque ad unum annum. Data apud manerium de *Eſt-Hamſtede* 5. Maii.

Membrana 2.

De confirmatione terrarum & tenementorum emptorum in villa *Caleſiæ*, pro *Johanne Marche*, Heraldo *Rege du North* (*Norroy*). Teſte ut ſuprà 7. Maii.

De innoteſcendo omnibus, de ſacramento Regis *Angliæ* præſtito pro obſervatione treugarum prædictarum. Data apud *Staunford* 30. Maii.

De proclamatione prorogationis treugarum cum Adverſario *Franciæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. Maii.

De licentia danda *Thomæ* Domino de *Bardolfe* ad partes tranſmarinas tranſeundi. Teſte Rege apud *Staunford* 31. Maii.

Membrana 1.

De conſtituendo *Johannem Haddele* Majorem, ac *Johannem Trumpyngton* & *Willelmum Lewete*, Conſtabularios ſtapulæ villæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Notyngham* 20. Junii.

De poteſtate commiſſa Epiſcopo *Menevenſi* (*de Saint Davids*), *Willelmo Montagu* Comiti de *Sarum*, *Thomæ Percy* Camerario, *Johanni* Domino de *Cobham* & Magiſtro *Ricardo Rouhale*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* ſuper facto pacis. Data ut ſuprà.

Digitized by Google

AN. DOM. 1392. 1393.

Rotulus Franciæ de anno 16. Ricardi II.

Membrana 15.

DE marinariis & navibus capiendis pro paſſagio hominum ad arma & ſagittariorum pro defenſione villæ de *Cherbourg*. Teſte Rege apud *Notyngham* 24. Junii.

De conductu pro Ambaſſiatoribus *Franciæ*, videlicet, l'Eveſque de *Bayeux*, *Waleran* Conte de *Ligny* & de *Saint Pol*, *Guillem* Viconte de *Meleun*, Maiſtre *Jehan Canart* Chancellier de *Bourgoigne*, *Raoul* Sire de *Rayneval*, Maiſtre *Ives Derian*, in partibus *Picardiæ* veniendis ſuper facto tractatûs. Teſte ut ſuprà 22. Junii.

De conſtituendo Conſervatores treugarum cum Adverſario *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 1. Julii.

Membrana 14.

Henricus Comes de *Derby*, qui ad partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 27. Junii.

Membrana 13.

De conductu pro Commiſſariis *Franciæ*, videlicet, Meſſieurs *Hugues de Benley*, *Boulay*, & *Brakel de Richemond*, Chivalers, & Maiſtre *Nichole de Raves*, in Ducatum *Aquitaniæ* veniendis ſuper reformatione attemptatorum contra treugas. Data apud *Windeſore* 20. Julii.

Membranæ 13. & 12.

De confirmatione prorogationis treugarum cum Adverſario *Franciæ*, capta 13. *Ricardi II.* Data apud caſtrum de *Wyndeſore* 20. Julii.

Membrana 11.

De conſtituendo *Thomam* Comitem *Mareſcallum*, Capitaneum villæ *Caleſiæ* & novæ turris ibidem. Teſte Rege apud *Eborum* 8. Novembris.

De conſtituendo *Johannem de Lancaſtre*, Armigerum, Capitaneum caſtri de *Merke* in marchia *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà.

De conſtituendo *Thomam* Comitem *Mareſcallum*, Locumtenentem Regis in villa & marchiis *Caleſiæ*, & partibus *Picardiæ*, *Flandriæ* & *Artoys*. Teſte Rege apud *Eborum* 6. Novembris.

De conductu pro *Leone* Rege *Armeniæ* in regnum *Angliæ* veniendo. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 11. Decembris.

Membrana 10.

De officio Theſaurarii villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Roberto Folkingham*. Teſte Rege apud manerium de *Shene* 30. Auguſti.

De licentia danda *Thomæ* Domino de *Berkeley* tranſeundi versùs partes tranſmarinas. Teſte Rege apud caſtrum de *Windeſore* 13. Septembris.

Membrana 9.

Henricus Hamwode, qui in comitiva *Johannis Holand* Comitis de *Huntingdon*, Capitanei caſtri & villæ de *Breſt* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 16. Januarii.

De conſtituendo *Johannem* Ducem *Aquitaniæ* & *Lancaſtriæ*, Locumtenentem Regis in partibus *Picardiæ* in regno *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 22. Februarii.

Membrana 8.

De poteſtate commiſſa *Johanni* Duci *Aquitaniæ* & *Lancaſtriæ*, ac *Thomæ* Duci *Glouceſtriæ*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* de treugis. Data ut ſuprà.

Pro eiſdem, ad tractandum cum *Francia* de pace. Data ut ſuprà.

Digitized by Google

AN. DOM. 1392. 1393.

De requeſtu ex parte *Willelmi Lyſle*, de camera Regis versùs *Terram Sanctam* tranſeundi. Data ut ſuprà 28. Februarii.

Membrana 7.

De non permittendo Ambaſſiatores Regis habere domos ac hoſpitia mercatorum ſtapulæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 20. Februarii.

Membrana 6.

De conductu pro *Johanne* Duce de *Berry* & *Philippo* Duce de *Bourgoigne*, & aliis Commiſſariis *Franciæ* in partibus *Picardiæ* veniendis ſuper facto tractatûs. Data ut ſuprà 22. Februarii.

Membrana 5.

Thomas de Percy Seneſcallus hoſpitii Regis, qui in ambaſſiatu Regis versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu.

De conductu pro Duce de *Berry*, Duce de *Bourgoigne*, Epiſcopis de *Bayeux* & d'*Arras*, *Walerano* Comite de *Ligney* & *Saint Pol*, *Guillem* Viconte de *Meleun*, *Raoul* Sire de *Ranneval*, *Guillem de la Tremoille*, *Guillem de Nailhac* & *Yves Deryan*, in partibus *Picardiæ* veniendis ſuper facto pacis. Data apud *Weſtminſter* 16. Martii.

Membrana 4.

De libertatibus conceſſis mercatoribus ſtapulæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 22. Aprilis.

De officio proviſoris carpentariorum villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Greneford*. Teſte ut ſuprà 18. Junii.

Membrana 3.

De poteſtate commiſſa *Waltero Blount* & *Willelmo de Par*, Militibus, ac Magiſtro *Henrico Bowet*, tractandi cum Nunciis Adverſarii *Iſpaniæ* de pace. Data apud *Weſtminſter* 17. Aprilis.

Membrana 2.

De conductu pro *Karolo Beaumont*, Chivaler de *Navarre*, cum quingentis hominibus de guerra per mare uſque villam de *Cherbourg* tranſeundo. Teſte ut ſuprà 22. Martii.

Willelmus de Britingham, Armiger, qui in partibus *Caleſiæ* pro providentia contra adventum Regis ibidem facienda, moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 23. Maii.

De inſula de *Taneto* aſſignando pro providentiis *Caleſiæ*. Teſte 27. Maii.

De licentia danda *Nicholao Luk* de ſocietate *Albertinorum* mercatorum de *Florentia*, quòd ipſe emere & ducere poſſit ad partes *Italiæ* mille duodena pannorum ſtrictorum de *Eſſex*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 9. Junii.

De conductu pro *Guy de la Tremoille* Domino de *Sully*, in regnum *Angliæ* veniendo ad viſitandum Martyrem *Sanctum Thomam Cantuarienſem*. Data ut ſuprà 12. Junii.

Membrana 1.

De conſtituendo *Johannem Haddele* Majorem, *Johannem Trumpyngton* & *Ricardum Worshop* Conſtabularios ſtapulæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 20. Junii.

Rotulus Franciæ de anno 17. Ricardi II.

AN. DOM. 1393. 1394.

Membrana 18.

DE herbergagio in dominio de *Merke*, *Oye*, *Sandgate*, *Guyſnes & Hammes* capiendo contra adventum Regis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. Junii.

De ſcrutinio faciendo in partibus *Portugalliæ* pro auro & argento, ac etiam pannis laneis ducendis ibidem ſine licentia Regis. Teſte ut ſuprà 24. Junii.

Digitized by Google

An. Dom. 1393-1394.

Membrana 17.

Forma prorogationis treugarum cum Adverſario *Franciæ*.
De proclamatione treugarum prædictarum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. Junii.

Membrana 16.

De poteſtate commiſſa *Johanni* Duci *Aquitaniæ* & de *Lancaſtre*, ac *Thomæ* Duci *Glouceſtriæ*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* ſuper facto pacis. Data apud *Weſtminſter* 12. Septembris.
Pro eiſdem ad tractandum cum illis *Franciæ* de treugis. Data ut ſuprà.

Membrana 15.

De poteſtate commiſſa *Waltero* Epiſcopo *Dunelmenſi*, Magiſtro *Johanni Neuton*, Magiſtro *Ricardo Rouhale*, Magiſtro *Nicholao Sergeaux*, Magiſtro *Reymundo Guillem de Podio* (*du Puy*), Magiſtro *Pelegrino de Fabo* (*de Fau*), & Magiſtro *Willelmo Bonewe*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* de & ſuper articulis modificationem & reſtrictionem homagii ſuperioritatis & reſorti concernentibus. Data apud *Weſtminſter* 6. Auguſti.
De conductu pro *Nicholao* Epiſcopo de *Bayeux*, & aliis in partibus *Picardiæ* veniendis pro certis materiis factum pacis tangentibus. Data ut ſuprà 5. Auguſti.
De officio Eſcaetoris in villa *Caleſiæ* & marchiis ibidem, conceſſo *Johanni Neuport*, Armigero. Teſte ut ſuprà 27. Auguſti.
De cuſtodia Hoſpitalis de *Santyngfeld* in comitatu de *Guyſnes*, conceſſa *Johanni Spaigne*. Teſte Rege apud Abbatiam de *Bello-Loco* 4. Septembris.

Membrana 14.

De cuſtodia inſularum de *Jereſey*, *Gerneſey*, *Serk* & *Aureney*, conceſſa *Johanni Golafre*. Teſte Rege apud caſtrum de *Windeſore* 14. Octobris.
De conductu pro *Martino de Lacarra*, Milite, Mareſcallo *Navarræ*, in regnum *Angliæ* veniendo cum trecentis perſonis pugnantibus. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 15. Octobris.
Robertus Whiteney Miles, qui ad partes tranſmarinas profecturus eſt ſuper certis negotiis Regis, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 29. Octobris.

Membrana 13.

De reſtituendo caſtrum & villam de *Cherbourg* infrà tres ſeptimanas datam præſentium immediatè ſequentes *Karolo de Beaumont Alferen**, *Martino de la Karre* Mareſcallo *Navarræ*, ac *Petro de Garro*, Militibus, Procuratoribus Regis *Navarræ*. Teſte ut ſuprà 24. Octobris.

* alferen — c'est un petit ſavoir; d'Alfiere du Roi de navarre.

De aſſignando *Robertum Whiteney*, Militem, ac *Johannem Melton*, ad recipiendum caſtrum & villam de *Cherbourg*, extrà manus *Johannis Golafre*, Militis, Cuſtodis eorundem, & ad deliberandum eadem Procuratoribus Regis *Navarræ*. Teſte ut ſuprà 27. Octobris.
De cuſtodia caſtri de *Guyſnes* commiſſa *Philippo de la Vache*, Militi. Teſte ut ſuprà 8. Novembris.

Membrana 12.

De cuſtodia Hoſpitalis *Sancti Nicholai* in villa *Caleſiæ*, conceſſa *Roberto de Brayton*. Teſte ut ſuprà 20. Novembris.
De officio Theſaurarii villæ *Caleſiæ* & marchiarum ibidem, conceſſo *Roberto Selby*. Teſte ut ſuprà 3. Decembris.
De conſtituendo *Johannem Bernard* Clericum, Contrarotulatorem villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 10. Decembris.

Membrana 11.

De licentia danda *Thomæ* Comiti *Mareſcallo*, Capitaneo villæ *Caleſiæ* ac novæ turris, ad faciendum Deputatum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 17. Januarii.
Johannes Holand Comes de *Huntingdon*, frater Regis, qui in Ambaſſiatu pro certis negotiis Regem & regnum tangentibus versùs Regem *Ungariæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 18. Januarii.

Membrana

Digitized by Google

AN. DOM. 1393. 1394.

Membrana 10.

De acquietando Regem *Navarræ*, hæredes & ſucceſſores ſuos de viginti quinque millibus francorum. Data ut ſuprà 21. Januarii.

Membrana 9.

De officio Scrutatoris forisfacturarum lanarum, &c. apud *Caleſiam*, conceſſo *Johanni Briaci*, Armigero. Teſte ut ſuprà 12. Januarii.

Membrana 8.

De poteſtate commiſſa *Johanni* Duci de *Lancaſtre* & *Edmundo* Duci *Eborum*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* de treugis. Data ut ſuprà 10. Martii.

Pro eiſdem ad tractandum de pace. Teſte ut ſuprà.

Membrana 7.

De conſtituendo *Johannem* Ducem *Aquitaniæ* & *Lancaſtriæ*, Locumtenentem Regis in partibus *Picardiæ* in regno *Franciæ*. Data ut ſuprà.

De conductu pro Duce de *Berry* & Duce *Burgundiæ*, in partes *Picardiæ* veniendis ſuper facto pacis. Data apud manerium de *Chiltern Langeley* 26. Martii.

Membrana 6.

De requeſtu ex parte *Johannis Chaundler*, ad longinquas partes mundi tranſeundi pro certis negotiis Regis expediendis. Data apud *Weſtminſter* 7. Maii.

Salvus conductus pro *Franciſco Mire*, nuper Camerario Regis *Armeniæ*, infrà regnum *Angliæ* veniendo. Teſte ut ſuprà 14. Aprilis.

De aſſignando *Henricum Richere*, Armigerum, & *Johannem Peraunt*, ad recipiendum poſſeſſionem inſularum de *Jereſey*, *Gerneſey*, *Serke* & *Aureney*, unà cum caſtris ibidem, & ad liberandum inſulas prædictas *Johanni Golafre*, Militi. Teſte ut ſuprà 1. Maii.

Membrana 5.

De conſtituendo deputatos Conſtabulariorum ſtapulæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 28. Aprilis.

Membrana 4.

De concedendo Abbatiſſæ & Monialibus domûs de *Guyſnes*, quòd ipſæ & domus ſua ſalvæ ſub pace Regis durantibus guerris permaneant. Data apud *Weſtminſter* 25. Aprilis

De conductu pro Rege *Navarræ* per dominia Regis versùs partes *Franciæ* tranſeundo. Data apud *Weſtminſter* 20. Junii.

Membranæ 3. 2. & 1.

De confirmatione treugarum cum Adverſario *Franciæ*, incipiendarum ſuper die *Sancti Michaelis* proximè futuro, & durandarum uſque feſtum *Sancti Michaelis*, qui erit in anno 1398. Data apud manerium de *Eltham* 5. Junii.

Rotulus Franciæ de anno 18. Ricardi II.

AN. DOM. 1394. 1395.

Membrana 12.

DE conductu pro *Johanne* Domino de *Blaiſy*, & Magiſtro *Johanne de Monſterulio*, Secretario Adverſarii *Franciæ*, infrà regnum *Angliæ* veniendis, & deinde in terram *Scotiæ* tranſeundis, ad videndum ſacramenta pro conſervatione treugarum cum *Scotia*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. Julii.

Membrana 11.

De querelis marquæ & repriſaliæ apud *Burdegalam* audiendis & terminandis. Data apud *Weſtminſter* 22. Junii.

De conductu pro Vicecomite de *Meleun* infrà regnum *Angliæ* veniendo ſuper facto pacis. Data ut ſuprà 22. Junii.

Digitized by Google

Membrana 10.

Pro Communitatibus insularum de *Gerneſey*, *Jereſeye*, *Serke* & *Aureney*, quòd ipsæ sint quietæ de omnimodis theoloniis infrà regnum *Angliæ*. Teste Rege apud *Weſtminſter* 28. Julii.

Georgius de Felbrygg, Miles, qui versùs partes transmarinas profecturus est, habet literas de generali attornatu. Teste ut suprà 6. Augusti.

Membrana 9.

De potestate commissa *Ricardo Abberbury* ac *Ricardo Ryveneys*, Militibus, ad tractandum cum Duce *Bavariæ* de ligis & amicitiis. Data apud *Wytteneye* 17. Augusti.

Membrana 8.

De licentia danda *Thomæ* Comiti *Mareſcallo*, Capitaneo villæ *Caleſiæ*, qui in comitiva Regis versùs terram *Hiberniæ* profecturus est, ad constituendum deputatum pro custodia ejusdem villæ. Teste Rege apud *Hereford* 26. Augusti.

De proclamatione treugarum cum *Francia*. Teste Rege apud *Weſtminſter* 28. Junii.

De custodia castri de *Caleſia* commissa *Thomæ Swinbourne*. Teste *Edmundo* Duce *Eborum*, Custode *Angliæ*, apud *Weſtminſter* 26. Novembris.

Membranæ 7. & 6.

Forma treugarum captarum super 27. die Maii, anno Domini 1394. per *Johannem* Ducem de *Lancaſtre* & *Edmundum* Ducem *Eborum*, pro parte Regis *Angliæ*; & Adversarium *Franciæ*.

Membrana 5.

De proclamatione treugarum prædictarum. Teste Rege apud *Weſtminſter* 28. Junii.

De requestu Regis, ex parte Magistri *Johannis Huntingdon* Clerici, & *Johannis de Weſenham*, mercatoris, Nunciorum Regis versùs civitates & villas de *Lubec*, *Wiſſemare*, *Roſtock*, & *Stralſound*, transeundorum pro certis negotiis expediendis. Data ut suprà 25. Novembris.

Membrana 4.

De permittendo *Radulfum de Shelton*, Chivaler, versùs urbem *Romanam* transire. Teste *Edmundo* Duce *Eborum*, Custode *Angliæ*, apud *Weſtminſter* 8. Februarii.

Hugo Berewyk, Chivaler, qui ad partes *Picardiæ* profecturus est, habet literas de generali attornatu.

Philippus Fitz Euſtace, Armiger, & *Egidius Malore*, Chivaler, qui in comitiva *Johannis Holand* Comitis de *Huntingdon* Capitanei castri & villæ de *Breſt*, profecturi sunt, habent literas de protectione.

Membrana 3.

De tenementis in villa *Caleſiæ* arestandis. Teste præfato Custode apud *Weſtminſter* 24. Februarii.

Johannes Episcopus *Menevenſis* (*de Saint Davids*), qui ad partes transmarinas profecturus est super certis negotiis Regis, habet literas de protectione. Teste ut suprà 9. Martii.

De conductu pro *Guillielmo de la Fons* Secretario, & *Hanarto de Camprenard* Hostiario, ad arma Consanguinei *Franciæ* infra regnum *Angliæ* penes præsentiam Regis veniendis. Teste ut suprà 20. Martii.

Membrana 1.

De officio Fabri villæ *Caleſiæ*, concesso *Johanni Techeſworth*. Teste Rege apud *Weſtminſter* 9. Junii.

Digitized by Google

Rotulus Franciæ de anno 19. Ricardi II.

AN. DOM. 1395. 1396.

Membrana 20.

DE requeſtu ex parte *Matthæi de Carrare*, filio Domini de *Pado* & *Leonis Albright*, Militum, ad partes ſuas proprias tranſeundorum, & ab inde in regnum *Angliæ* redeundorum. Data apud *Weſtminſter* 28. Junii.

Membrana 19.

De meſſuagiis in villa *Caleſiæ* conceſſis *Johanni Wiltshire*, Chivaler, & uxori. Teſte Rege apud caſtrum de *Windſore* 5. Octobris.

De placea vocata *Pillory-Haven* apud *Caleſiam*, liberanda Majori, Conſtabulariis & mercatoribus ſtapulæ *Caleſiæ*, ad ædificandum quoddam logeum ad communicandum & habendum congregationes ſuas. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. Julii.

De poteſtate commiſſa Archiepiſcopo *Dublinienſi*, Epiſcopo *Menevenſi*, *Edwardo* Comiti de *Rutland*, *Thomæ* Comiti *Mareſcallo*, *Johanni* Domino de *Beaumont*, ac *Willelmo Leſcrop*, ad contrahendum matrimonium inter Regem *Angliæ* & *Iſabellam* filiam primogenitam *Karoli* Regis *Franciæ*. Data apud *Weſtminſter* 7. Octobris.

Membrana 18.

Pro burgenſibus villæ *Caleſiæ*, de electione Majoris ibidem certificanda. Teſte ut ſuprà 11. Julii.

Pro Commiſſariis ut ſuprà, ad tractandum cum Nunciis Adverſarii *Franciæ* ſuper facto pacis. Data apud *Weſtminſter* 5. Julii.

Pro eiſdem ad tractandum de treugis pro quinque annis. Data apud caſtrum de *Windſore* 7. Octobris.

Stephanus Leſcrop qui versùs Curiam *Romanam* profecturus eſt pro quibuſdam negotiis Regis expediendis, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 21. Septembris.

De conductu pro Patriarcha *Alexandriæ* infra regnum *Angliæ* veniendo cum quater viginti Equitibus in comitiva ſua. Teſte ut ſuprà 25. Auguſti.

Membrana 17.

De licentia danda *Johanni Radyngton* Priori Hoſpitalis *Sancti Johannis de Jeruſalem* in *Anglia* versùs partes de *Rhodes* tranſeundi. Teſte Rege apud *Eltham* 23. Julii

De ordinando *Ricardum Abberbury* & *Ricardum Rebuytz*, Milites, de camera Regis, ad tractandum cum Nunciis Ducis *Bavariæ* de ligis & amicitiis. Data apud *Weſtminſter* 14. Julii.

De officio feodarii in villa *Caleſiæ*, conceſſo *Willelmo Mareſchal*. Teſte ut ſuprà 6. Septembris.

Membrana 16.

Ricardus Newell qui in comitiva *Thomæ Swynbourne*, Militis, Capitanei caſtri *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 11. Novembris.

Membrana 15.

De licentia danda Magiſtro *Cornando de Rimino*, quòd ipſe certa jocalia ad valorem duarum millium librarum infra regnum *Angliæ* adducere poſſit. Teſte ut ſuprà 21. Auguſti.

De requeſtu ex parte *Willelmi Stotford* & *Willelmi Bruch*, Chivalers, extra regnum *Angliæ* tranſeundorum in obſequio Regis. Teſte 26. Octobris.

Membrana 14.

De domibus & terris Regis infra villam *Caleſiæ*, & dominium ibidem ad firmam dimittendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. Maii.

Digitized by Google

Membrana 13.

De cuſtodia caſtri *Caleſiæ* commiſſa *Thomæ* Comiti *Mareſcallo* & *Notingham*. Teſte ut ſuprà 1. Novembris.

Willelmus de Hoo, Miles, Capitaneus caſtri de *Oye* in partibus *Picardiæ*, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 17. Martii.

Membrana 12.

De cuſtodia caſtri de *Oye* commiſſa *Thomæ Miſſenden*, Armigero. Teſte Rege apud caſtrum de *Notingham* 18. Februarii.

De licentia danda *Almanno Manyn* & *Antonio* fratri ſuo, mercatoribus de *Florentia*, adducendi jocalia in regnum *Angliæ* ad valorem viginti millium librarum. Data apud manerium de *Chiltern Langeley* 2. Januarii.

De conductu pro Comite de *Sancerre* Conſiliario Regis *Franciæ*, in *Aquitaniam* tranſeundo. Teſte ut ſuprà 16. Maii.

De requeſtu ex parte *Thomæ de la Croys* ad varias mundi partes tranſeundi. Data apud caſtrum de *Notingham* 5. Februarii.

Membranæ 11. 10. & 9.

De confirmatione tractatûs & concordiæ ſuper matrimonio inter Regem *Angliæ* & *Iſabellam* filiam primogenitam *Karoli* Regis *Franciæ*; Ambaſſiatores ex parte *Angliæ* Comes *Rutland*, Comes de *Notyngham* & *Willelmus Leſcrop*; ex parte *Franciæ* Duces *Bituricenſis*, *Burgundiæ*, *Aurelianenſis* & de *Bourbon*. Data apud *Weſtminſter* 9. Maii.

Membranæ 8. 7. 6. & 5.

De forma treugarum inter Regem *Angliæ* & Regem *Franciæ*, incipiendarum ſuper die Sancti Michaelis anno Domini 1398. & duraturarum uſque diem Sancti Michaelis, qui erit anno Domini 1426. Ambaſſiatores ut ſuprà. Data apud *Weſtminſter* 9. Maii.

Membrana 5.

De conductu pur le Viconte de *Meleûn* & Maiſtre *Guillaume de la Fons*, Secretaire au Roi de *France*, penes præſentiam Regi veniendis ſuper facto pacis. Data apud *Eborum* 3. Aprilis.

Membrana 4.

De officio peſagii in villa *Caleſiæ*, conceſſo *Henrico Gayſley*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. Maii.

Membrana 3.

De aſſignando Capitaneum de *Guyſnes* ad ſupervidendum loca & domos propè caſtrum ibidem, quia inimici jacerunt ibidem per diverſas vices, &c. Teſte ut ſuprà 17. Januarii.

De officio Brocatoris waidarum apud *Caleſiam*, conceſſo *Hugoni Clyderhowe*. Teſte ut ſuprà 20. Junii.

Membrana 2.

Tractatus inter Duces de *Berry*, de *Bourgoigne*, de *Orleans* & de *Bourbon*, ex una parte; & *Edwardum* Comitem *de Roteland*, *Thomam* Comitem *Mareſcallum*, & *Willelmum Leſcrop*, Militem, ex altera, ſuper moderatione paticiorum.

Membrana 1.

De officio Theſaurarii villæ *Caleſiæ* & marchiarum ibidem, conceſſo *Thomæ Stanley* Clerico. Teſte ut ſuprà 28. Septembris.

An. Dom. 1396. 1397.

Rotulus Franciæ de anno 20. Ricardi II.

Membrana 12.

DE navibus & marinariis areſtandis pro paſſagio Regis versùs villam *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 30. Junii.

Digitized by Google

Membrana 11.

De requeſtu Regis ex parte *Johannis Leſcrop*, Militis, per regiones & dominia tranſeundi pro quampluribus negotiis Regis expediendis. Data apud manerium de *Wodeſtoke* 10. Julii.

De conductu pro *Walerano de Lucembourg* Comite de *Ligney* & *Saint Pol*, infrà regnum *Angliæ* veniendo. Teſte ut ſuprà 12. Julii.

Membrana 10.

De conſtituendo *Johannem* Ducem *Aquitaniæ* & *Lancaſtriæ*, Locumtenentem Regis in partibus *Picardiæ*. Teſte Rege apud *Caleſiam* 22. Auguſti.

De requeſtu regio ex parte *Willelmi* Abbatis de *Weſtminſter*, per regna & dominia tranſeundi pro negotiis Regis expediendis. Data ut ſuprà 18. Auguſti.

De officio ſervientis ſtapulæ *Caleſiæ*, conceſſo *Willelmo Perkyn*. Teſte ut ſuprà 19. Auguſti.

De acquietantia trium centum millium francorum ſolutorum Regi *Angliæ*, ſuper ſolemnizatione matrimonii inter ipſum & *Iſabellam* filiam Regis *Franciæ*, in parte octo centum millium francorum. Teſte ut ſuprà 4. Novembris.

Membrana 9.

De cuſtodia caſtri de *Sandgate*, unà cum dominio ejuſdem, conceſſa *Johanni Juſtice*, Armigero. Teſte ut ſuprà 10. Octobris.

De officio Clerici ſtapulæ villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Pikaring*. Teſte ut ſuprà 28. Octobris.

Willelmus Abbas de *Bury Sancti Edmundi*, qui ad partes tranſmarinas profecturus eſt pro negotiis Regis expediendis, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 15. Januarii.

Membrana 8.

De officio Brocatoris pellium lanutarum ad villam *Caleſiæ*, commiſſo *Roberto Layham*. Teſte *Edmundo* Duce *Eborum*, Cuſtode *Angliæ*, apud *Weſtminſter* 24. Octobris.

Membrana 7.

De placea terræ conceſſa Priori & Conventui domûs Fratrum *Carmelitarum Caleſiæ*, de fundatione Regis *Edwardi III.* in elargatione domorum & gardinorum ſuorum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 22. Decembris.

De requeſtu regio ex parte *Willelmi Cratfeld*, Clerici, per diverſa regna tranſeundi pro negotiis Regis expediendis. Data ut ſuprà 15. Januarii.

Membrana 6.

De cuſtodia inſularum de *Jereſey*, *Gerneſey*, *Serke* & *Aureney*, conceſſa *Edwardo* Comiti de *Rutland*. Teſte ut ſuprà 30. Novembris.

De officio Contrarotulatoris villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Stucley* Clerico. Teſte ut ſuprà 16. Decembris.

De officio Campſoris & Aſſaiatoris monetæ infrà villam *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Feld*. Teſte ut ſuprà 23. Februarii.

Membrana 5.

De poteſtate commiſſa *Willelmo Leſcrop*, Chivaler, ad recipiendum de *Johanne* Duce *Britanniæ* centum & viginti millia francorum. Data apud *Weſtminſter* 5. die Martii.

Membrana 4.

De requeſtu regio ex parte Magiſtri *Thomæ Crauley*, *Willelmi Eſturmy*, Militis, *Henrici Ryddeford*, Militis, & Magiſtri *Ricardi Holme*, per regna diverſa tranſeundorum pro negotiis Regis expediendis. Data apud *Weſtminſter* 9. Aprilis.

De caſtro, villa & baſtida de *Breſt* deliberandis *Johanni* Duci *Britanniæ*. Teſte ut ſuprà 28. Martii.

De præſentatione *Willelmi Clyderowe*, Clerici, ad Eccleſiam *Sancti Nichaſii* in *Picardia*, dioceſis *Tirounenſis*. Teſte ut ſuprà 6. Aprilis.

Henricus Ratford, Miles, qui versùs Curiam *Romanam* apud *Avinionem* & alibi

Digitized by Google

An. Dom. 1396. 1397.

profecturus eſt pro negotiis Regis expediendis, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 11. Aprilis.

Membrana 3.

Pro Communitate Mercatorum ſtapulæ villæ *Caleſiæ* eligenda unum Majorem & duos Conſtabularios. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 3. Martii.

Membrana 2.

De aſſignando *Nicholaum Ryvenytz*, Chivaler, & *Johannem Perant*, ad capiendum & recipiendum homagium & ſacramentum Ducis *Baioariæ*, pro obſervatione concordiæ inter eundem Ducem & Nuncios Regis. Data apud *Weſtminſter* 12. Aprilis.

De requeſtu regio ex parte *Willelmi Bruch*, Capellano, per regna tranſeundi pro negotiis Regis expediendis. Data apud *Weſtminſter* 14. Maii.

Conſimiles literæ de requeſtu ex parte *Willelmi Loryng*, Clerici.

Membrana 1.

De brocagio cereviſiæ de *Holland*, *Eſtland* & *Zeland* in portum *Caleſiæ* proveniendæ, conceſſo *Ricardo de Weden*. Teſte ut ſuprà 2. Maii.

An. Dom. 1397. 1398.

Rotulus Franciæ de anno 21. Ricardi II.

Membrana 19.

DE requeſtu regio ex parte *Ricardi Leſcrop*, utriuſque juris Doctoris, per regna tranſeundi pro quampluribus negotiis Regis expediendis. Data apud *Weſtminſter* 2. Julii.

Membranæ 18. 17. & 16.

Pro hominibus de *Merke* habendis & utendis libertatibus & cuſtumis ſuis. Data apud *Weſtminſter* 3. Julii.

Membrana 15.

De annua penſione ~~mille~~ librarum, conceſſa Archiepiſcopo *Colonienſi*. Data apud *Weſtminſter* 7. Julii.

Membrana 14.

De requeſtu regio ex parte Magiſtri *Hugonis de Hernoſt*, & *Wynaudi de Holizheim*, Militum, per regna tranſeundorum pro diverſis negotiis Regis expediendis. Data apud *Weſtminſter* 11. Julii.

De conductu pro *Johanne* Duce *Britanniæ*, in regnum *Angliæ* veniendo penes Regem pro certis negotiis expediendis. Teſte ut ſuprà 20. Julii.

Membrana 13.

Pro Majore, Aldermannis & Burgenſibus villæ *Caleſiæ*, habendis victualia & alia neceſſaria abſque ſolutione Theolonei. Teſte ut ſuprà 5. Julii.

De officio Conſtabulatoriæ Baliſtariorum in villa *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Bryan*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Julii.

Membrana 12.

De audiendo querelas ligeorum Regis in inſulis de *Jereſey* & *Gerneſey*, ſuper reſtitutione ad poſſeſſiones ſuas contra uſurpantes, prætextu literarum & proceſſuum Coronæ Regis præjudicialium. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. Julii.

Membrana 11.

De conſtituendo *Thomam Clopton* magiſtrum Carpentariorum villæ & caſtri *Caleſiæ*, & omnium caſtrorum in marchiis *Picardiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. Auguſti.

De conductu pro *Reymundo* Vicecomite de *Perrillen* & de *Rodes*, Chivaler, Camerario Regis *Franciæ*, per regnum *Angliæ* tranſeundo versùs terram *Hiberniæ* ad Purgatorium Sancti *Patricii* ibidem viſitandum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 6. Septembris.

Digitized by Google

Membrana 10.

De officio Theſaurarii villæ & marchiarum *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Barnard.* Teſte Rege apud *Weſtminſter* 18. Septembris.

De domibus & terris infra villam *Caleſiæ*, & dominium ibidem ad firmam dimittendis. Teſte ut ſuprà 17. Septembris.

Membrana 9.

De requeſtu ex parte *Ricardi Tytteſbury* & *Johannis Forde*, versùs Curiam *Romanam* tranſeundorum pro negotiis Regis expediendis. Data ut ſuprà 14. Januarii.

Membrana 8.

De licentia danda *Garnardo* Nuncio Regis *Portugalliæ*, ad emendum quingentas haſtas lancearum, & eas extra regnum ducendum. Teſte ut ſuprà 4. Decembris.

De acquietantia centum millium francorum ſolutorum Regi *Angliæ*, pro primo anno poſt ſolempnizationem matrimonii inter *Regem* & *Iſabellam Franciæ*. Data ut ſuprà 7. Novembris.

Membrana 7.

De requeſtu regio ex parte *Walteri Grendon*, Prioris Hoſpitalis Sancti *Johannis* de *Jeruſalem* in *Anglia* versùs partes de *Rhodes* tranſeundi. Data ut ſuprà 2. Januarii.

Membrana 6.

De conſtituendo *Thomam* Comitem *Wigorniæ*, Capitaneum caſtri & villæ *Caleſiæ*, & cuſtodem marchiarum ibidem. Teſte Rege apud manerium de *Heywode* 22. Januarii.

De requeſtu regio ex parte *Nicholai* Abbatis *Nonantilani* Nuncii *Papæ*, versùs Curiam *Romanam* tranſeundi. Data apud *Weſtminſter* 24. Martii.

De cuſtodia caſtri *Caleſiæ* commiſſa *Willelmo Leſcrop* Comiti de *Wilts*, Teſte ut ſuprà 24. Februarii.

De conſtituendo *Johannem* Ducem *Exoniæ*, Capitaneum villæ *Caleſiæ*, ac cuſtodem Novæ Turris ibidem, Locumtenentem Regis in villa prædicta ac marchiis *Caleſiæ*, & in partibus *Picardiæ*, *Flandriæ* & *Artoys*. Teſte ut ſuprà.

De conſtituendo prædictum Ducem Capitaneum villæ *Caleſiæ*, ac cuſtodem Novæ Turris ibidem. Teſte ut ſuprà.

Membrana 5.

De poteſtate commiſſa *Johanni* Duci *Aquitaniæ*, Epiſcopo *Aſſavenſi*, *Thomæ de Percy*, Comiti *Wigorniæ*, *Willelmo Leſcrop* Comiti de *Wilts*, Magiſtro *Johanni Shepeye* Decano, & *Willelmo Elmham*, Chivaler, tractandi cum Adverſario *Scotiæ* de pace. Data apud *Salop* 5. Februarii.

Membrana 4.

De licentia danda *Thomæ Swynbourne*, Militi, ad conſtituendum Locumtenentem pro ſalva cuſtodia caſtri & dominii de *Hammes*. Data apud *Weſtminſter* 17. Aprilis.

De conſtituendo *Johannem Beaufort* Marchionem de *Dorſet*, Admirallum flotæ navium versùs partes tam occidentales quàm boreales. Data apud *Salop* 2. Februarii.

Membrana 3.

De annua penſione mille librarum, conceſſa *Ruperto* Duci *Bavariæ* juniori. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. Aprilis.

Johannes Walcot, Chivaler, *Johannes Wiltshire*, Miles, *Johannes Buk*, *Johannes Cuſack*, & *Andreas de Ekton*, Armigeri, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de protectione.

Membrana 2.

De annua penſione quinquaginta marcarum, conceſſa *Johanni Schillingh de Valke*, Militi, ligeo Regis. Data apud *Weſtminſter* 7. Maii.

Digitized by Google

An. Dom. 1397. 1398.

De licentia danda *Edmundo Arnald de Dertemouth*, ad traducendum viginti homines ad arma & quadringentos ſagittarios versùs partes *Portugalliæ* in comitiva ſua. Data ut ſuprà 6. Junii.

Membrana 1.

De reparando les Bekenes & locum vocatum *Paradys* apud villam *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 20. Junii.

Rotulus Franciæ de annis 22. & 23. Ricardi II.

An. Dom. 1398. 1399.

Anno 22. Ricardi II.

Membrana 13.

DE requeſtu regio ex parte *Willelmi Gyloth*, Clerici, ad Curiam *Romanam* tranſeundi pro negotiis Regis expediendis. Data apud *Weſtminſter* 20. Julii.

Pro *Henrico de Lancaſtre* Duce de *Hereford* ingrediendo caſtrum de *Sandgate* ad ipſum cum familia ſua inibi recreanda per ſex ſeptimanas. Teſte Rege apud caſtrum de *Wyndeſore* 3. Octobris.

Membrana 12.

De licentia danda *Thomæ* Duci de *Norfolc*, ad tranſeundum versùs partes *Almaniæ*, *Bohemiæ* & *Hungariæ*, & morandum ibidem juxta ordinationem apud *Coventriam*, authoritate Parliamenti factam. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 3. Octobris.

De requeſtu regio ex parte dicti Ducis ad partes prædictas tranſeundi. Teſte ut ſuprà.

Membrana 11.

Johannes Quynton, Armiger, qui in comitiva *Johannis Holand* Ducis *Exoniæ*, Capitanei villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 9. Septembris.

Membrana 10.

De acquietantia pro centum millibus francorum ſolutis Regi *Angliæ*, pro ſecundo anno poſt ſolempnizationem matrimonii inter Regem, & *Iſabellam* filiam Regis *Franciæ*. Data apud *Weſtminſter* 19. Octobris.

Membrana 9.

Henricus de Lancaſtre Dux de *Hereford*, qui juxta ordinationem apud *Coventriam* authoritate Parliamenti factam, extra regnum profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 8. Octobris.

Membrana 8.

De requeſtu regio ex parte *Johannis* Archiepiſcopi *Ardmachani Hiberniæ* Primatis, versùs Curiam Romanam tranſeundi pro negotiis Regis expediendis. Data ut ſuprà 6. Novembris.

Membrana 7.

Walterus Fitzwauter, Chivaler, qui ad partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 8. Decembris.

Membrana 6.

De requeſtu regio ex parte *Hillarii de Amia*, Militis, Ambaſſiatoris & cognati Imperatoris *Conſtantinopolitani*, qui penes præſentiam Regis pro certis negotiis Regi ex parte ipſius *Imperatoris* explicandis nuperrimè declinavit, & versùs partes ſuas proprias redire jam intendit. Data apud *Weſtminſter* 20. Januarii.

De annua penſione quingentarum librarum conceſſa *Reginaldo* filio juniori Ducis de *Juliers* & de *Geldre*. Teſte ut ſuprà 6. Februarii.

De

Digitized by Google

AN. DOM. 1398. 1399.

De equis capiendis pro itinere *Willelmi Braunſpach*, Armigeri, de camera Regis, extra regnum tranſeundo in Nuncio Regis. Teſte ut ſuprà 8. Februarii.

De cuſtodia caſtri de *Guyſnes*, conceſſa *Willelmo Leſcrop* Comiti de *Wilts*. Teſte Rege apud villam de novo caſtro ſubtus *Lymam* 20. Februarii.

De requeſtu regio ex parte *Thomæ Swynbourne*, Militis, de camera Regis, ad nonnullas mundi partes tranſeundi pro urgentibus cauſis expediendis. Teſte ut ſuprà 20. Februarii.

Membrana 5.

Pro communitate mercatorum ſtapulæ villæ *Caleſiæ* habenda liberam electionem de Majore & Conſtabulariis ejuſdem ſtapulæ. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. Martii.

Membrana 4.

Pro paſſagio Epiſcopi *Equenſis* Nuncii *Bonifacii Papæ*, versùs partes tranſmarinas tranſeundi. Teſte ut ſuprà 18. Martii.

De licentia danda *Johanni de Harleſton*, Militi, ad tranſeundum versùs partes tranſmarinas in Nuncio Regis. Teſte ut ſuprà 9. Aprilis.

Membrana 3.

De officio Clerici Collectoris cuſtumarum, conceſſo *Laurentio de Wotton*. Teſte Rege apud *Pembroke* 25. Maii.

Membrana 2.

De homagio *Willelmi de Juliaco*, Ducis *Montenſis* (*de Berg*), Comitis in *Ravenſbergh*, facto Regi *Angliæ*, & de annua penſione mille librarum ei aſſignata. Data apud caſtrum de *Windeſore* 23. Aprilis.

Anno 23. Ricardi II.

AN. DOM. 1399.

Membrana 1.

De ſummis pro ſolutione ſoldariorum *Caleſiæ* levandis & colligendis. Teſte *Edmundo* Duce *Eborum*, Cuſtode *Angliæ*, apud *Oxon* 16. Julii.

De conſtituendo *Willelmum Caſton*, Armigerum, Contrarotulatorem caſtri & villæ *Caleſiæ*, & aliorum caſtrorum in marchiis ibidem. Teſte Rege apud *Ceſtre* 20. Auguſti.

De conſtituendo *Petrum Courtenay*, Militem, Capitaneum villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà.

De officio Theſaurarii villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Nicholao Usk*, Armigero. Teſte ut ſuprà.

De cuſtodia caſtri de *Guyſnes* in *Picardia*, commiſſa *Johanni Norbury*, Armigero. Teſte Rege apud villam de novo caſtro ſubtus *Lymam* 21. Auguſti.

De cuſtodia turris juxta portum villæ *Caleſiæ*, commiſſa *Thomæ Totty*, Armigero. Teſte Rege apud *Dunſtaple* 30. Auguſti.

Rotulus Franciæ de anno primo Henrici IV.

AN. DOM. 1399. 1400.

Membrana 24.

DE cuſtodia turris juxta portum villæ *Caleſiæ*, conceſſa *Thomæ Totty*, Armigero. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. Octobris.

Hugo Luttrel, Miles, qui in comitiva *Petri Courtenay* Capitanei villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 8. Octobris.

De cuſtodia caſtri *Caleſiæ* commiſſa *Johanni Dabriggecourt*. Teſte ut ſuprà 4. Octobris.

Salvus conductus pro *Lodowico Caynot*, Milite, in regnum *Angliæ* veniendo ad certa facta armorum facienda. Teſte ut ſuprà 8. Octobris.

Digitized by Google

An. Dom. 1399. 1400.

Membrana 23.

Salvus conductus pro Episcopo de *Meaux*, *Johanne de Hangest*, Chivaler, & *Hennart de Campbernart* in regnum *Angliæ* veniendis pro certis negotiis consanguinei *Franciæ*. Data apud *Westminster* 31. Octobris.

De constituendo *Nicholaum Usk*, Armigerum, Thesaurarium villæ *Calesiæ*. Teste ut suprà 28. Octobris.

Membrana 22.

De innotescendo omnibus quòd *Lodowicus* Dominus de *Quesnoy*, Chivaler, in propria persona sua die dominica in crastino *Omnium Sanctorum* coram Rege apud *Westminster*, cum quadam cathena argentea deaurata ad pectus suum se præsentavit, & ibidem per totum diem usque ad occasum solis moram traxit. Teste ut suprà 3. Novembris.

De constituendo *Petrum de Courtenay* Capitaneum villæ *Calesiæ*. Teste ut suprà 2. Novembris.

De constituendo eundem *Petrum* Locumtenentem in marchiis *Calesiæ*. Teste ut suprà.

De officio Ballivi Skivenagii villæ *Calesiæ* & de *Ilound*, concesso *Johanni de Kighley*, Armigero. Teste ut suprà 4. Novembris.

De constituendo *Reginaldum Curteys*, Armigerum, provisorem omnium victualium pro defensione villæ *Calesiæ*. Teste ut suprà 30. Octobris.

Membrana 21.

De constituendo *Johannem Lardiner*, Armigerum, custodem castri de *Oye*. Teste ut suprà 19. Novembris.

Pro *Thoma de Mareste* de pardonatione feloniæ & abjurationis. Teste ut suprà 14. Novembris.

Membranæ 20. & 19.

De confirmatione pro hominibus de *Merke*, de utendo libertatibus suis. Teste Rege apud *Westminster* 20. Novembris.

Membrana 18.

De officio Trouagii infrà villam *Calesiæ*, concesso *Johanni Mersh*, Armigero. Teste Rege apud *Westminster* 22. Novembris.

Pro Episcopo *Dunelmensi*, *Thoma* Comite *Wigorniæ*, & *Petro de Courtenay*, ad inquirendum de nova consuetudine imponenda super hominibus de *Merke* per *Ricardum* secundum nuper Regem. Teste ut suprà 1. Decembris.

Membrana 17.

De requestu ex parte *Nicholai Maneyt*, Armigeri, servientis ad arma, per diversa regna transeundi pro quampluribus negotiis Regis expediendis. Data apud *Westminster* 24. Maii.

Membrana 16.

De officio Contrarotulatoris villæ *Calesiæ*, concesso *Willelmo Caston*, Armigero. Teste ut suprà 3. Decembris.

Ricardus Hamme, Armiger, qui ad partes transmarinas profecturus est, habet literas de generali attornatu. Teste 26. Novembris.

De constituendo Majorem & Constabularios stapulæ apud villam *Calesiæ*. Teste ut suprà 18. Decembris.

Johannes Bennyngham, Armiger, qui ad partes *Calesiæ* profecturus est, habet literas de protectione. Teste ut suprà 7. Februarii.

Consimiles literas habet *Johannes Morland*, Armiger, ad partes *Calesiæ* profecturus. Teste ut suprà 17. Decembris.

Membrana 15.

Pro mercatoribus stapulæ *Calesiæ*, quòd ipsi possint adquirere tenementa ibidem, & ædificare possint quoddam logeum super communem plateam vocatam *Pellory-haven*, ad communicandum & habendum congregationes suas. Teste 16. Decembris.

Digitized by Google

Pro Epiſcopo *Dunelmenſi*, & *Thoma* Comite *Wigorniæ*, ad tractandum cum Nunciis conſanguinei *Franciæ* ſuper ſponſalibus inter *Henricum* Principem *Walliæ*, & fratres & ſorores ſuos, & liberos ipſius conſanguinei *Franciæ*, aut patruorum & avunculorum ſuorum contrahendis. Teſte ut ſuprà 29. Novembris.

Vide *Membranam 11. Willelmus Heron* Dominus de *Say*, & Magiſter *Ricardus Holme*, his Procuratoribus adjuncti ſunt. Teſte 19. Februarii.

Pro eiſdem, ad tractandum ſuper novis ligis cum *Francia*. Data ut ſuprà.

Membrana 14.

De confirmatione pro Majore & mercatoribus ſtapulæ villæ *Caleſiæ* de libertatibus ſuis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. Decembris.

Membrana 13.

De confimatione pro Majore, Aldermannis & Burgenſibus villæ *Caleſiæ*, quòd ipſi habeant paſſagium hominum & equorum ab eadem villa infrà regnum *Angliæ*, vel alibi. Teſte ut ſuprà 22. Januarii.

Membrana 12.

De confirmatione pro Fratribus Hoſpitalis de *Santyngfelda* juxta *Witſand*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 10. Februarii.

Rex promiſit obſervare treugas cum *Francia* captas tempore *Ricardi* ſecundi. Teſte ut ſuprà 18. Maii.

Membrana 11.

Ricardus Hoo, Miles, qui ad partes *Caleſiæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 22. Februarii.

Ricardus Wade, Armiger, profecturus ut ſuprà, habet conſimiles literas. Teſte ut ſuprà 5. Martii.

De poteſtate commiſſa Epiſcopo *Dunelmenſi*, *Thomæ* Comiti *Wigorniæ*, *Willelmo Heron* Domino de *Say*, & *Ricardo Holme*, ad declarandum ambiguitates treugarum cum *Francia*. Data ut ſuprà 10. Martii. Vide *Membranam 6.*

Pro eiſdem ad recipiendum ſacramentum Adverſarii *Franciæ*, pro obſervatione treugarum prædictarum. Teſte ut ſuprà.

Membrana 10.

De confirmatione pro *Johanne Brian*, Armigero, de officiis ſcrutatoris foriſfacturarum lanarum, &c. & Conſtabulariæ Baliſtariorum in villa *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 26. Januarii.

Membrana 9.

De requeſtu regio ex parte *Willelmi Cheyne*, Armigeri, per diverſa regna tranſeundi pro quampluribus negotiis expediendis. Data ut ſuprà 3. Martii.

Pro Epiſcopo *Nannetenſi* in *Jereſey* habendo adminiſtrationem Eccleſiæ *Conſtantienſis*, quia Epiſcopus ibidem tanquam filius proditionis exiſtit inhærendo *Clementi Antipapæ*. Teſte ut ſuprà 1. Martii.

Thomas Spaigne, Armiger, qui ad partes *Caleſiæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 19. Aprilis.

Thomas Lond & *Johannes Hartishull*, Armigeri, ad partes *Caleſiæ* profecturi, habent literas de protectione. Teſte ut ſuprà 26. Junii.

Willelmus de Farendon & *Hugo le Deſpenſer*, Chivalers, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 7. Maii.

Salvus conductus pro *Karolo Savoiſy*, Chivaler, & *Ectore de Pontbirant*, Armigero, in regnum *Angliæ* veniendis ad certa facta armorum facienda. Teſte ut ſuprà 27. Aprilis.

Membrana 7.

De proclamatione facienda infrà inſulas de *Jereſey* & *Gerneſey*, quòd omnes perſonæ ibidem venient in *Angliam* ad Regem pro præſentationibus ſuis. Teſte ut ſuprà 10. Maii.

Digitized by Google

An. Dom. 1399. 1400.

De confirmatione pro hominibus de *Jereſey* & *Gerneſey*, *Serke* & *Aureney*, de libertatibus ſuis. Teſte ut ſuprà 8. Maii

Membrana 6.

Salvus conductus pro nobilibus viris *Donaldo de Inſulis*, & *Johanne* fratre ejus, in regnum *Angliæ* veniendis ad tractandum cum Rege. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 2. Junii.

De poteſtate commiſſa *Gerardo Heron*, Chivaler, Magiſtro *Alein Newerk*, & *Johanni Mitford*, ad notificandum Regi *Scotiæ* confirmationem treugarum cum *Francia*, & de recipiendo ſacramentum ejuſdem Regis pro obſervatione earundem. Data ut ſuprà 24. Maii.

Membrana 5.

De præſentatione ad Eccleſiam *Sancti Andreæ*, &c. in inſulis de *Jereſey* & *Gerneſey*. Teſte ut ſuprà 5. Junii.

Membrana 4.

De conſtituendo *Johannem Norbury*, Armigerum, cuſtodem caſtri de *Guyſnes*. Teſte ut ſuprà 25. Maii.

De quadam penſione conceſſa *Johanni* Sire de *Brederode*, vaſſallo Regis. 28. Maii.

Membrana 3.

De poteſtate commiſſa Epiſcopo *Dunelmenſi*, *Thomæ* Comiti *Wigorniæ*, *Willelmo Heron*, Militi, & Magiſtro *Ricardo de Holme*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* ſuper reſtitutione Reginæ *Angliæ*. Data apud *Weſtminſter* 18. Maii.

Membrana 2.

Salvus conductus pro *Ferrando Damaſſen* de *Iſpania*, Armigero, in regnum *Angliæ* veniendo penes perſonam Regis, in Nuncium Reginæ *Iſpaniæ*. Teſte ut ſuprà 30. Julii.

De conſtituendo *Reginaldum Curtoys*, Armigerum, Proviſorem villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 20. Auguſti.

Membrana 1.

De inquirendo ſuper lanis & aliis mercandiſis ad partes exteras traductis ſine ſolutione cuſtumarum. Teſte ut ſuprà 28. Auguſti.

Rotulus Franciæ de anno 2. Henrici IV.

An. Dom. 1400. 1401.

Membrana 15.

Willelmus Heron Dominus de *Say*, qui in Ambaſſiata Regis ad partes *Picardiæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 9. Octobris.

De requeſtu regio ex parte *Johannis Gyſbourne*, Canonici Prioratûs de *Bridlyngton*, ad Curiam *Romanam* tranſeundi pro negotio canoniſationis *Johannis* nuper Prioris prioratûs prædicti. Teſte ut ſuprà 4. Octobris.

Membrana 14.

De requeſtu regio ex parte *Willelmi Loryng*, ad longinquas mundi partes tranſeundi pro certis negotiis expediendis. Teſte ut ſuprà 8. Octobris.

Willelmus Farendon, Miles, *Willelmus Hall*, *Willelmus Orewell*, & *Johannes Orewell*, Armigeri, qui in partibus *Picardiæ* morantur, habent literas de protectione.

Membrana 13.

Willelmus Fleet, Chivaler, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 15. Novembris.

Digitized by Google

Membrana 12.

De confirmatione pro *Thoma Crouland*, Armigero, de officio capitalis ballivi dominii de *Merke*. Teſte ut ſuprà 29. Octobris.

De licentia danda *Thomæ Ponynges* Domino de *Saint John*, ad ſanctam urbem de *Jeruſalem* tranſeundo ex devotione. Teſte ut ſuprà 9. Decembris.

Membrana 11.

Johannes Lardener, Armiger, Capitaneus caſtri de *Oye*, & *Johannes Pitewell*, Armiger, qui in comitiva Capitanei villæ *Caleſiæ* moratur, habent literas de protectione.

Membrana 10.

De poteſtate commiſſa *Henrico* Comiti *Percy*, & *Radulfo* Comiti de *Weſtmorland*, ad tractandum de matrimonio inter *Lodowicum* filium Regis *Romanorum*, & *Blancheam* filiam Regis *Angliæ*. Teſte ut ſuprà 13. Februarii.

Vide *Membranam 8.* ubi Epiſcopi *Herefordienſis* & *Roſſenſis*, *Johannes Cheyne*, Magiſter *Johannes Profet*, & *Johannes Curſon*, Armiger, adjuncti ſunt. Teſte 13. Februarii.

Membrana 9.

De conſtituendo *Johannem* Comitem de *Somerſet*, Capitaneum villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 23. Martii.

Ingelranus Foſſe, *Thomas Bowet*, *Johannes Berghop*, *Willelmus Aſton*, *Thomas Wyſſenden*, & *Willelmus Northmore*, Armigeri, qui in comitiva prædicti Comitis de *Somerſet* morantur, habent literas de protectione.

De poteſtate commiſſa Epiſcopo *Dunelmenſi* Comiti *Wigorniæ*, *Willelmo Heron*, & Magiſtro *Ricardo Holm*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* pro confirmatione treugarum, & ambiguitates in eiſdem declarando. Data apud caſtrum de *Ledes* 1. Aprilis.

Membrana 8.

De poteſtate commiſſa *Willelmo Sturmy*, Militi, Magiſtro *Johanni Kyngton*, & *Roberto Waterton*, ad tractandum cum Commiſſariis Ducis *Gelriæ* de amicitiis. Teſte ut ſuprà 28. Aprilis.

Membrana 7.

De conſtituendo *Johannem* Comitem de *Somerſet*, Locumtenentem in villa *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 4. Aprilis.

Membrana 6.

Regis Litera nobili Fratri *Conrado*, Ordinis Beatæ *Mariæ Theutonicorum* Magiſtro generali, de amicitia ſua roganda, & de reſtituendo ligeos Regis areſtatos cum bonis ſuis priſtinæ libertati. Teſte ut ſuprà 8. Junii.

Pro *Johanne Colevyle*, Chivaler, & Magiſtro *Johanne Barell*, ad tractandum cum Commiſſariis Ducis de *Monteberg*, de amicitiis. Data ut ſuprà 14. Julii.

Membrana 5.

De poteſtate commiſſa Epiſcopo *Dunelmenſi*, Comiti *Wigorniæ*, *Willelmo Heron* & *Ricardo Holme*, ad reſtituendum *Iſabellam* Reginam *Angliæ* conſanguineo *Franciæ*, & ad tractandum pro confirmatione treugarum captarum tempore *Ricardi II.* & ſuper reformatione attemptatorum contra treugas cum Commiſſariis *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 21. Junii.

De conſtituendo *Ricardum* Dominum de *Grey*, Admirallum versùs partes boreales, & *Thomam Rempſton* Admirallum versùs partes occidentales, conſervatores treugarum cum *Francia*. Teſte ut ſuprà 22. Julii.

Membrana 4.

Pro *Willelmo Sturmy*, Milite, & *Roberto Waterton*, ad recipiendum homagium Ducis *Gelriæ*, & de obſervatione conventionum inter *Ricardum II.* & eundem Ducem. Data apud *Weſtminſter* 13. Maii.

Digitized by Google

An. Dom. 1400. 1401.

Membrana 3.

De confirmatione tractatûs ſuper matrimonio inter *Lodowicum* filium Regis *Romanorum*, & *Blancheam* filiam Regis *Angliæ*. Data apud *London* 12. Auguſti.

Membrana 2.

Vide *Membranam 3.* pro confirmatione tractatûs, &c.
De regio aſſenſu ad Procuratores *Blancheæ* filiæ Regis conſtituendos. Data apud *Weſtminſter* 1. Septembris.

Membrana 1.

De exemplificatione ejuſdem indenturæ inter Commiſſarios *Angliæ* & *Franciæ*; ſuper reſtitutione Reginæ *Angliæ*, & reformatione attemptatorum. Teſte ut ſuprà 12. Septembris.

An. Dom. 1401. 1402.

Rotulus Franciæ de anno 3. Henrici IV.

Membrana 12.

PRo Epiſcopo *Roffenſi*, *Johanne* Comite de *Somerſet*, Capitaneo villæ *Caleſiæ*; *Ricardo de Grey de Codnore* Admirallo versùs le *North*, *Willelmo Heron* Domino de *Say*, *Thomæ Rempſton* Admirallo versùs le *Weſt*, *Johanne Norbury* Capitaneo caſtri de *Guyſnes*, *Radulfo Selby*, *Simoni Sydenham*, ac *Johanni Doreward*, ad exigendum pecuniarum ſummas pro redemptione *Johannis* quondam *Francorum* Regis adhuc debitas. Data apud *Weſtminſter* 1. Novembris.
Johannes Hull, & *Petrus Michel*, Armigeri, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de generali attornatu.
Thomas Tank, Armiger, ad partes tranſmarinas profecturus, habet literas de protectione.

Membrana 11.

De conſtituendo Epiſcopum *Roffenſem* & alios ſuprà nominatos (ſecundùm appunctuatum poſt reſtitutionem *Iſabellæ* Reginæ *Angliæ* patri ſuo) ad tractandum cum Nunciis *Franciæ*, ſuper reformationem attemptatorum & moderationem paticiorum. Teſte ut ſuprà 1. Novembris. Vide *Membranam 2.*
Litera de requeſtu illis de partibus *Friſiæ*, ex parte mercatorum de *Briſtol* ſuper reſtitutione mercandiſarum ſuarum detentarum. Teſte ut ſuprà 3. Novembris.
Ricardus Abberbury, Chivaler, qui ad partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu.
Robertus Chalonus, Chivaler, ad partes tranſmarinas profecturus, habet literas de protectione

Membrana 10.

De proclamatione facienda apud *Caleſiam*, & de inhibendo mercatoribus ad cariandum frumentum extra villam, dominia & marchias ibidem, ratione tantæ cariſtiæ ibidem. Teſte ut ſuprà 20. Novembris.
De licentia danda *Priori* Hoſpitalis Sancti *Johannis* de *Jeruſalem* tranſeundi ad partes de *Rhodes*. Teſte ut ſuprà 14. Decembris.
De requeſtu regio ex parte *Lodowici Brancas* filii Comitis de *Campania*, ad longinquas partes mundi tranſeundi pro certis negotiis expediendis. Teſte ut ſuprà 16. Decembris.
De innoteſcendo omnibus ex parte ejuſdem *Lodowici*, quòd ipſe armorum facta cum *Ricardo* Comite de *Arundel* in præſentia Regis laudabiliter perfecerit, & ad conſimilia facta armorum in aliis regnis ſe transferre diſpoſuit. Data apud *Turrim de London* 19. Decembris.
Johannes Chriſtofre, Armiger, qui in comitiva *Johannis Lardener* Capitanei caſtri de *Oye* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 20. Decembris.
Conſimiles literas habet *Johannes* Comes de *Somerſet*, Capitaneus caſtri *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 23. Februarii.

Digitized by Google

AN. DOM. 1401. 1402.

Membrana 9.

Willelmus Ingham, Armiger, qui in comitiva *Johannis Norbury*, Armigeri, Capitanei caſtri de *Guyſnes* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. Januarii.

Literæ teſtimoniales pro *Lodowico de Brancas*, filio Comitis de *Campania*, de certis actibus armorum honorificè perficiendis per eundem *Lodowicum* & *Ricardum Arundel*, Militem. Teſte ut ſuprà 16. Decembris.

De requeſtu regio ex parte Prioris *Sancti Johannis de Jeruſalem* in *Anglia*, ad partes de *Rhodes* tranſeundi contra *Saracenos* & *Turcos*. Data ut ſuprà 15. Decembris.

Membrana 8.

Johannes Geneye, Miles, *Thomas Ruſſel*, *Ricardus Boyton* & *Robertus Thorley*, Armigeri, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de generali attornatu.

Johannes Spyxworth & *Willelmus Atte-Lee*, Armigeri, ad partes tranſmarinas profecturi, habent literas de protectione.

Membrana 7.

Johannes Dyngham, Miles, qui in obſequio Regis cum filia Regis primogenita *Blanchia* ad partes *Alemanniæ* profecturus eſt, habet conſimiles literas. Teſte ut ſuprà 19. Februarii.

Humfridus Beauchamp, Armiger, *Johannes Pilkyngton*, *Walterus Fitzwauter*, *Baldewinus Saint George*, Chivalers, *Johannes Cheyne*, Miles, & *Robertus Thorley*, Armiger, qui ut ſuprà ad partes *Alemanniæ* profecturi ſunt, habent conſimiles literas.

Edmundus Dux *Eboracenſis* & alii fidejuſſores, & principales debitores cum Rege pro ſolutione 40000. nobilium *Ludovico* filio Regis *Romanorum* cum *Blanchea* filia Regis *Angliæ* nomine dotis. Data apud *Weſtminſter* 4. Februarii.

De caſtris aſſignandis pro dote ejuſdem *Blancheæ*. Data apud *Weſtminſter* 8. Januarii.

De faciendo executionem de *Willelmo Shirburne*, in Curia Militari convicto de certis proditionibus. Teſte ut ſuprà 10. Martii.

Nicholaus Hanberk, Miles, *Rogerus Trumpyngton*, Chivaler, *Lucas Feltham* & *Gerardus de Raes*, Armigeri, qui cum *Blanchea* filia Regis ad partes *Alemanniæ* profecturi ſunt, habent literas de protectione.

Johannes Seintwyn, Armiger, qui ad partes *Picardiæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 4. Aprilis.

De poteſtate commiſſa Epiſcopo de *Wigorn* (*Worceſter*), Comiti de *Somerſet*, *Waltero* Domino *Fitzwauter*, Militi, *Willelmo Eſturing*, *Johanni Kyngton* & *Thomæ Polton*, Armigero, ad tractandum cum Duce *Gelrenſi* de amicitiis. Data ut ſuprà 27. Aprilis.

Membrana 5.

De poteſtate commiſſa Epiſcopo *Wigornienſi* & aliis prædictis, ad tractandum cum Nunciis Regis *Romanorum* de confœderationibus. Data apud *Weſtminſter* 27. Aprilis.

Willelmus la Zouche Dominus de *Teteneys*, *Johannes Dalyngrygg*, Miles, *Willelmus Bingley* Minſtrall, *Willelmus Harpeden*, Armiger, qui in comitiva *Blancheæ* filiæ Regis, ad partes *Alemanniæ* profecturi ſunt, habent literas de protectione.

Membrana 4.

De requeſtu ex parte *Jacobi de Mantua* Epiſcopi *Jalmenſis*, ad longinquas mundi partes tranſeundi. Data ut ſuprà 26. Aprilis.

De requeſtu ex parte Magiſtri *Ricardi Gryſby*, Phyſici Regis, in partes longinquas tranſeundi. Teſte ut ſuprà 12. Aprilis.

Johannes Dauntеſey, Chivaler, qui ad partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 2. Junii.

Digitized by Google

An. Dom. 1401. 1402.

Ricardus Boyton, Armiger, ad partes tranſmarinas profecturus, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 8. Maii.

Membrana 3.

De ſummis pro redemptione *Johannis* quondam *Francorum* Regis exigendis. Teſte ut ſuprà 1. Julii. *Vide Membranam 12.*

Membrana 2.

Pro Commiſſariis ad tractandum cum Nunciis *Franciæ* ſuper reformatione attemptatorum. Teſte ut ſuprà 4. Julii.

Membrana 1.

Willelmus Lellyſden qui in comitiva *Thomæ Swynborne*, Militis, Capitanei caſtri de *Hammes* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 29. Septembris.

Rotulus Franciæ de annis 4. & 5. Henrici IV.

An. Dom. 1402. 1403.

Anno 4. Henrici IV.

Membrana 27.

Willelmus Dodmore, Armiger, qui ad partes *Picardiæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 13. Octobris.

Benedictus Wylman, qui in obſequio Regis pro ſalva conductione Reginæ in regnum *Angliæ* ad partes *Britanniæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 8. Novembris.

Membrana 26.

Robertus James, qui in comitiva *Thomæ Percy* Comitis *Wigorniæ* ad partes *Britanniæ* profecturus eſt pro conductione Reginæ conſortis Regis ad regnum *Angliæ*, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 24. Octobris.

Thomas Mellyng, *Robertus Devorre*, *Walterus Dunmowe*, *Ricardus Freſyngfeld* & *Johannes Melton*, Armigeri, qui ad partes *Picardiæ* profecturi ſunt, habent literas de protectione. Teſte ut ſuprà 6. Novembris.

Johannes Topelyffe, qui in comitiva *Johannis* Comitis de *Somerſet* pro conductione Reginæ in regnum *Angliæ*, habet literas de protectione.

Membrana 25.

De conſtituendo Capitaneos caſtrorum *Caleſiæ*, *Guyſnes* & *Hammes*, Conſervatores treugarum cum *Francia*. Teſte ut ſuprà 18. Novembris.

Membrana 24.

Johannes Molton, Armiger, qui ad partes *Picardiæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 1. Martii.

De conſtituendo *Robertum Torley*, Armigerum, Theſaurarium *Caleſiæ*. Teſte Rege apud manerium de *Eltham* 8. Martii.

Membrana 23.

De confirmatione pro *Triſtan de la Lande*, Armigero, de Locumtenentia Reginæ in comitatu de *Nantes*. Teſte ut ſuprà 8. Martii.

Membrana 22.

Nicholaus Trentham, Armiger, ad partes *Picardiæ* profecturus, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 7. Martii.

Membrana 21.

Salvus conductus pro *Johanne Bell* & aliis versùs partes *Scotiæ* tranſeundis pro reſtitutione

Digitized by Google

AN. DOM. 1402. 1403.

reſtitutione certarum mercandiſarum *Flandrenſium* per *Scotos* captarum petenda. Teſte ut ſuprà 15. Februarii.

Membrana 20.

De confirmatione pro *Johanna* filia Regis *Navarræ*, de annua penſione mille librarum. Teſte ut ſuprà 1. Martii.

Willelmus Harpeden, Armiger, qui ad partes *Picardiæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 18. Aprilis.

Membrana 19.

Salvus conductus pro *Connet Dacigne*, Nuncio Reginæ conſortis Regis, in regnum *Angliæ* veniendo. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. Aprilis.

Thomas Priour, Armiger, qui ad partes *Picardiæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 5. Maii.

Membrana 18.

Ricardus Geſt, Armiger, qui versùs partes *Caleſiæ* profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 18. Maii.

Membrana 17.

De requeſtu regio ex parte *Willelmi Lovell*, ad longinquas mundi partes tranſeundi pro certis negotiis expediendis. Data apud *Weſtminſter* 28. Maii.

De aſſignando *Edwardum* Ducem *Eborum*, ad juſtificandum rebelles in inſulis de *Jereſey* & *Gerneſey*. Teſte ut ſuprà 17. Junii.

Salvus conductus pro *Petro Fernando* Secretario Regis *Caſtellæ*, extra regnum tranſeundo. Teſte ut ſuprà 27. Maii.

Membrana 16.

De ordinando *Hugonem Luterell*, Militem, *Johannem Urban* & Magiſtrum *Willelmum de Pilton*, ad procedendum cum Commiſſariis *Franciæ* ſuper reformatione attemptatorum contra treugas captas tempore *Ricardi II.* Teſte ut ſuprà 27. Aprilis.

De ordinando Epiſcopum *Bathonienſem*, Comitem de *Somerſet*, *Willelmum Heron* Dominum de *Say*, *Thomam Rauneſton* ac Magiſtrum *Ricardum de Ryſſeton*, ad exigendum ſummam pro redemptione *Johannis Francorum* Regis. Teſte ut ſuprà 28. Aprilis.

Membrana 15.

Pro Epiſcopo *Bathonienſi* & aliis prædictis, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* ſuper reformatione attemptatorum. Teſte ut ſuprà.

De ordinando Magiſtrum *Ricardum Ruſsheton* & *Johannem Urban*, ad tractandum cum Commiſſariis *Flandriæ* ſuper querelas & attemptata reformando. Teſte ut ſuprà 14 Julii.

De cuſtodia caſtri de *Fronſack* in Ducatu *Aquitaniæ*, commiſſa *Willelmo Faryndon*, Militi. Teſte Rege apud civitatem de *Wigorn* 10. Septembris.

Membrana 14.

Salvus conductus pro Meſſieurs *Ymbert de Boiſy*, *Colart de Caleville* & *Regnaut de Foleville*, Chivalers, Maiſtres *Geoffroy de Pompadour*, *Robert Broiſſet* & *Pierre le Fevre*, ac *Jehan de Stendigneul*, Ambaſſiatoribus *Franciæ* versùs *Scotiam* tranſeundis pro Rege *Scotiæ* diſponendo ad obſervando treugas inter *Angliam* & *Franciam*. Data apud *Weſtminſter* 22. Julii.

De ordinando *Hugonem Luterell* & *Thomam Swynborne*, Milites, ac Magiſtrum *Ricardum Riſsheton*, *Johannem Urban* & *Willelmum Harleſton*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* ſuper liberandis mercatoribus, priſonariis contra treugas captis, & de expenſis eorundem taxandis. Data apud *Bekle* 26. Auguſti.

De navibus, vaſis & mercandiſis ſubditorum Regis *Porugalliæ* captis contra alligantias cum *Ricardo* nuper Rege, reſtituendis. Teſte Rege apud *Wigorn* 9. Septembris.

Salvus conductus pro *Johanne Gomecii de Silva*, Ambaſſiatore Regis *Portugalliæ* extra regnum tranſeundo. Teſte ut ſuprà.

Digitized by Google

AN. DOM. 1402. 1403. De conſtituendo *Robertum Thorley*, Armigerum, Theſaurarium villæ *Caleſiæ*, Vitellarium ibidem. Teſte ut ſuprà.

Anno 5. Henrici IV.

AN. DOM. 1403. 1404.

Membrana 13.

Salvus conductus pro *Johanne Godeke* & *Henrico Monek*, Bourgmaiſtres de *Pruſſia*, versùs partes *Pruſſiæ* tranſeundis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. Octobris.

Johannes Sutheron, Chivaler, *Johannes Wilteshire*, Miles, & *Johannes Waleys*, Armiger, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de generali attornatu.

Hugo Blees & *Thomas Mellyng*, Armigeri, qui in comitiva Comitis de *Somerſet* apud *Caleſiam* morantur, habent literas de protectione.

Membrana 12.

Pro Piſcatoribus *Franciæ* liberè piſcandi ſecundùm appunctuamentum inter *Hugonem Luterell* Conſervatorem treugarum, ex parte *Angliæ*; & *Lancelot de Longuiller* Conſervatorem ex parte *Franciæ*. Data apud *Weſtminſter* 26. Octobris.

De aſſignando *Ricardum Kays* ſervientem ad arma, ad citandum omnes captores priſonariorum mercatorum incarceratorum ad comparendum coram Commiſſariis *Angliæ* & *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 22. Januarii.

Edmundus Daccorn & *Thomas Selby*, Armigeri, qui in comitiva Comitis de *Somerſet* Capitanei *Caleſiæ* morantur, habent literas de protectione.

Membrana 11.

Salvus conductus pro *Conneto de Acenis*, Nuncio Reginæ conſortis Regis versùs partes *Britanniæ* tranſeundo. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 22. Novembris.

Membrana 10.

Pro Magiſtris navium *Burdegalæ* de tranſeundo ibidem cum bladis & victualibus, non obſtante areſto Regis, ratione magnæ neceſſitatis bladorum. Teſte ut ſupra 5. Januarii.

Willelmus Clynton, Chivaler, Dominus de *Folkſtone*, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu.

De requeſtu ex parte Magiſtri *Simonis Sydenham*, versùs Curiam *Romanam* tranſeundi pro negotiis Regis expediendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 11. Februarii.

Pro mercatoribus *Portugalliæ* liberè mercandiſandis in *Anglia*. Teſte ut ſuprà 11. Februarii.

Membranæ 9. & 8.

De confirmatione alligantiarum inter *Ricardum* nuper Regem *Angliæ* & Regem *Portugalliæ*. Data apud *Weſtminſter* 16. Februarii.

Membrana 8.

De permittendo *Galfridum Martyn* mercatorem, tranſire versùs partes *Britanniæ* pro redemptione quorundam ligeorum priſonariorum ibidem. Teſte ut ſuprà 6. Julii.

Membrana 7.

Pro *Johanne* Comite de *Somerſet*, *Ricardo Aſhton*, Milite, *Johanne Croſt*, Milite, Magiſtro *Ricardo de Ryſsheton* & *Johanne Urban*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* de prorogatione diei pro reformatione attemptatorum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 27. Februarii.

Pro *Hugone Luterell*, *Thoma Swinburne*, *Johanne Croſt*, Militibus, Magiſtro *Ricardo Ryſſeton* & *Johanne Urban*, ad tractandum cum Commiſſariis Ducis *Burgundiæ*, ac etiam commiſſariis pro parte quatuor Membrorum *Flandriæ*, de & ſuper ſecuritate terræ & maris. Teſte ut ſuprà 20. Decembris.

Digitized by Google

An. Dom. 1403. 1404.

Membrana 6.

Litera regia missa *Carolo* Regi *Francorum*, de obsidione civitatis *Burdegalæ*, ac etiam de excessibus Ducis *Aurelianensis* & Comitis de *Sancto Paulo*, necnon de die tractatûs pro reformatione attemptatorum observando & prorogando. Data apud *Westminster* 5. Februarii.

Membrana 5.

De significando omnibus, quòd est intentionis Regis includi in treugis inter Regem *Portugalliæ* & Regem *Castellæ*. Data apud *Westminster* 27. Februarii.

De requestu ex parte *Johannis Ryche*, Armigeri, per diversa regna transeundi. Data apud *Westminster* 15. Aprilis.

Johannes Aleyn, Armiger, qui in comitiva *Johannis Norbury*, Armigeri, Capitanei castri de *Guysnes* moratur, habet literas de protectione. Teste ut suprà 22. Aprilis.

Membrana 4.

De potestate commissa *Johanni* Comiti de *Somerset*, ad tractandum cum Commissariis *Franciæ* de treugis particularibus. Teste ut suprà 21. Julii.

Membrana 3.

Robertus Ponynges, Chivaler, qui versùs partes transmarinas profecturus est, habet literas de generali attornatu. Teste ut suprà 1. Junii.

Pro *Thoma Swynford*, Chivaler, *Willelmo de Liste*, Chivaler, & Magistro *Ricardo Rysheton*, ad recipiendum responsum *Johannis Hangesti* Domini de *Heugueville* & Magistri *Willelmi Boisseti*, & de materiis eisdem declaratis per *Johannem Cheyne*, Militem, ex parte Regis, ac Prælatorum, Procerum & Communitatum *Angliæ*. Teste Rege apud *Leicester* 5. Augusti.

Membrana 2.

De securitate pro piscatoribus *Franciæ*. (Vide Membranam 12). Data apud castrum de *Maxstock* 29. Septembris.

Membrana 1.

Pro Majore, Aldermannis & Communitate villæ *Caletiæ*, de attachiamentis & executionibus concessis eis ex causa non solutionis assisæ panis, cerevisiæ, &c. Data apud *Leycester* 5. Augusti.

Rotulus Franciæ de anno 6. Henrici IV.

An. Dom. 1404. 1405.

Membrana 16.

Willelmus Aston, *Johannes Waleys*, *Alanus Faukyswell* & *Thomas Poulet*, Armigeri, qui in comitiva Comitis de *Somerset*, Capitanei *Caletiæ*, morantur, habent literas de protectione.

De requestu ex parte *Thomæ de la Cruce*, Armigeri, per diversa regna transeundi. Data apud *Coventry* 18. Octobris.

Membrana 15.

Willelmus Baily de Belgrave, qui in comitiva *Johannis Lardyner*, Armigeri, Capitanei castri de *Oye*, moratur, habet literas de protectione. Teste ut suprà 22. Octobris.

Membrana 14.

De assignando Episcopum *Bangorensem*, *Thomam* Dominum de *Camoys*, *Ricardum Aston* Locumtenentem *Caletiæ*, Magistrum *Ricardum de Rysheton*, *Johannem de Croft*, *Thomam de Pickworth*, Milites, *Johannem Urban*, *Willelmum Moubray*, *Perinnum de Roharens* & *Ricardum Oldyngton*, Armigeros, ad tractandum & resumendum tractatum cum Commissariis Ducissæ *Burgundiæ*, ac Nunciis pro quatuor Membrorum *Flandriæ* (Vide Membranam 7.) de & super

Digitized by Google

An. Dom. 1404. 1405.

assecuratione treugarum inter *Angliam* & *Franciam* ab olim captarum, ac etiam de mutuo intercursu mercandisarum, necnon de reformatione attemptatorum & de querelis examinandis. Data apud *Coventry* 12. Novembris.

Pro eisdem ad tractandum cum Commissariis Ducissæ *Burgundiæ*, ut suprà. Data ut suprà.

Membrana 13.

De potestate commissa Episcopo *Bangorensi*, *Thomæ* Domino *de Camoys*, *Ricardo de Aston*, Militi, Magistro *Ricardo de Ryssheton* & *Thomæ Pykworth*, Militi, ad tractandum & audiendum voluntatem Regis *Franciæ*, de & super materiis statum utriusque regni concernentibus, necnon ad petendum responsionem suam super literis tam regalibus quàm aliorum Dominorum Spiritualium & Temporalium, ac etiam ad tractandum super reformatione attemptatorum, & deliberatione mercatorum piscatorum incarceratorum. Data ut suprà.

Reginaldus Braybroke, Chivaler, qui versùs partes transmarinas profecturus est, habet literas de generali attornatu. Teste Rege apud *Westminster* 26. Januarii.

Membrana 12.

De ordinando *Perrinum de Loharenc*, Armigerum, Procuratorem Regis ad prosequendum coram conservatoribus, de & super metis marchiarum de *Picardie*, & de terris comitatûs de *Guisnes*, usurpatis per Adversarium *Franciæ*. Data apud *Westminster* Novembris.

De exemplificando tenores petitionum & responsionum in Parliamento pro stapula *Calesiæ*. Teste Rege apud *Westminster* 5. Decembris.

De licentia danda *Radegundi Bethel* Dominæ de *Mortymer*, quòd ipsa versùs partes *Franciæ* transire possit, ad tractandum cum Duce de *Berry*, super injusta detentione castri de *Gensy* in Ducatu *Aquitaniæ*. Teste ut suprà 8. Decembris.

Membrana 11.

Radulfus Tuder, Armiger, qui in partibus *Picardiæ* moratur, habet literas de protectione. Teste Rege apud *Westminster* 12. Januarii.

Membrana 10.

Salvus conductus pro *Johanne de Boays*, Secretario Reginæ, in comitiva sua versùs partes *Britanniæ* transeundo. Teste ut suprà 29. Januarii.

Salvus conductus pro *Johanne de Covines* de *Britannia* Chivaler, prisonario, versùs partes *Britanniæ* transeundo. Teste ut suprà.

Consimiles conductus pro *Willelmo de Launoy* prisonario. Teste ut suprà.

Joannes Freeman, Armiger & *Willelmus Bardolfe*, Miles, in comitiva Reginæ versùs partes *Britanniæ* profecturi, habent literas de protectione.

Membrana 9.

De constituendo *Thomam de Lancastre*, Locumtenentem & Capitaneum pro præsenti viagio Regis suprà mare. Teste ut suprà 7. Martii.

De officio Capitanei *Novæ Turris* vocatæ *Lancastre Tour*, concesso *Johanni Gerard*, Armigero. Teste ut suprà 27. Maii.

Salvus conductus pro *Henrico de Chatelier* & aliis Britonibus prisonariis *Willelmi de Pomerey*, Armigeri, versùs partes suas proprias transeundis pro redemptione sua. Teste Rege apud *Westminster* 11. Martii.

De licentia danda *Waltero Grendon* Priori Hospitalis *Sancti Johannis de Jerusalem*; quòd ipse in partibus externis morari possit pro defensione Christianorum. Teste ut suprà 8. Martii.

Willelmus Graunson, Miles, qui in comitiva *Thomæ de Lancastre* Admiralli *Angliæ* suprà mare profecturus est, habet literas de protectione. Teste Rege apud *Westminster* 16. Martii.

De licentia danda *Thomæ Swinburne*, Militi, ad constituendum Locumtenentem castri de *Hammes*. Teste ut suprà 14. Martii.

Digitized by Google

Membrana 8.

De conſtituendo *Reginaldum Courtoys*, Armigerum, Victualarium *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 20. Martii.

Johannes Talbot, *Ricardus Stowt*, *Willelmus Chipſton*, *Johannes Coyf*, *Johannes Newbright*, *Willelmus Stowt* & *Ricardus Criſe*, Armigeri, qui in comitiva *Thomæ de Lancaſtre* Admiralli *Angliæ* ſuprà mare profecturi ſunt, habent literas de protectione.

Membrana 7.

Salvus conductus pro *Waltero Catclayn*, Francigena, in regnum *Angliæ* veniendo pro ſolutione redemptionis *Jacobi de Heilly*, Chivaler, Magiſtri ſui. Teſte ut ſuprà 29. Martii.

Thomas Molynton, Armiger, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà.

De requeſtu ex parte *Willelmi Eſturmy*, Militis, per diverſa regna tranſeundi pro certis negotiis Regis expediendis. Teſte ut ſuprà 8. Maii.

Willelmus Breton Senior & *Nicholaus de Holand*, Armigeri, qui in comitiva *Thomæ Lancaſtre* ſuprà mare profecturi ſunt, habent literas de protectione.

Membrana 6.

De conſtituendo Magiſtrum *Ricardum Dereham* Procuratorem Regis, ad proſequendum in *Romana* Curia pro Rege promotiones Cleticorum ad Eccleſias Cathedrales. Teſte Rege apud caſtrum de *Wyndſore* 15. Aprilis.

Membrana 5.

Thomas Molynton Baro de *Wemme*, qui in comitiva *Thomæ Lancaſtre* Admiralli *Angliæ*, ſuprà mare profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 30. Aprilis.

Membrana 4.

Willelmus de Marny, Miles, & *Johannes Scardebourg*, Armiger, qui in comitiva ejuſdem *Thomæ* profecturi ſunt, habent conſimiles literas.

Edwardus Haſtinges & *Johannes Cokayn*, Chivalers, qui in eadem comitiva ſuprà mare profecturi ſunt, habent literas de generali attornatu.

De cuſtodia inſulæ de *Jereſey* commiſſa *Thomæ Pykworth*, Chivaler. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 11. Maii.

Membrana 3.

De aſſignando *Willelmum Loveney* & *Thomam Totty*, ad ſupervidendum omnia caſtra in marchiis *Picardiæ*, tam de victualibus quàm de arraiatione hominum ad arma. Teſte ut ſuprà 23. Martii.

De cuſtodia inſulæ de *Gerneſey* commiſſa *Johanni Liſle*, Chivaler. Teſte ut ſuprà 28. Maii.

De poteſtate commiſſa *Willelmo Eſturmy*, Militi, Magiſtro *Johanni Kyngton* & *Willelmo Brampton*, ad tractandum cum Communitate Societatis mercatorum de *Hanſa*, ſuper dampnis inter ligeos Regis & illos de dicta Communitate, occaſione areſtationum navium. Data apud *Weſtminſter* 13. Maii.

Membrana 2.

Pro eiſdem ad tractandum cum Commiſſariis Magiſtri Generalis Ordinis Beatæ Mariæ *Theutonicorum de Jeruſalem*, ſuper dampnis, ut ſuprà. Teſte 11. Maii.

Salvus conductus pro *Mauritio Burink* & aliis priſonariis *Johannis Hauley*, in *Angliam* veniendis cum mercandiſis ſuis pro ſolutione redemptionis ſuæ. Teſte Rege apud caſtrum de *Pountefract* 4. Junii.

Membrana 1.

Thomas Witherley, Armiger, qui in comitiva *Johannis Arundel*, Militis, Capitanei caſtri de *Merke*, moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 8. Julii.

Digitized by Google

AN. DOM. 1405. 1406.

Rotulus Franciæ de anno 7. Henrici IV.

Membrana 17.

SAlvus conductus pro *Johanne de Coaymes*, Chivaler, & aliis de *Francia* priſonariis, versùs partes *Franciæ* tranſeundis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. Novembris.

Johannes Orewell Capitaneus caſtri de *Sandgate*, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 20. Octobris.

Salvus conductus pro *Goleſtano Penal* Ambaſſiatore pro Communitate *Januæ*, in regnum *Angliæ* veniendo. Teſte Rege apud *Wigorn* 6. Octobris.

Membrana 16.

Salvus conductus pro *Alano Cortery* & aliis priſonariis, versùs partes *Franciæ* tranſeundis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. Novembris.

Stephanus Sporet, *Willelmus Knyghton* & *Nicholaus Ledewych*, Armigeri, qui in comitiva *Johannis* Comitis de *Somerſet* Capitanei *Caleſiæ* morantur, habent literas de protectione.

Membrana 15.

De officio Theſaurarii villæ *Caleſiæ* conceſſo *Johanni Pelham*, Militi. Teſte Rege apud *Hertford* 17. Decembris.

De innoteſcendo omnibus ex parte Magiſtri *Petri Hick* Ambaſſiatoris Regis *Norwegiæ*, quòd Rex ei nunquam conceſſit annuum cenſum in negotio de contrahendo matrimonium inter prædictum Regem & filiam Regis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 22. Novembris.

De certificatione, quòd intentionis Regis eſt includi in treugis inter Reges *Portugulliæ* & *Caſtellæ*. Data apud manerium de *Eltham* 27. Decembris.

Membrana 14.

Pro mercatoribus *Portugalliæ* in regnum *Angliæ* liberè veniendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 13. Januarii.

Thomas Apulton, Armiger, qui in comitiva *Johannis* Comitis de *Somerſet*, Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ*, moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 19. Januarii.

Salvus conductus pro *Johanne de Boyas* Secretario Reginæ, conſortis Regis *Angliæ*, infra regnum *Angliæ* penes præſentiam ejuſdem Reginæ veniendo, ad communicandum cum ea de dote ſua *Britanniæ*. Teſte ut ſuprà 23. Januarii.

Membrana 13.

Henricus Fitz Hugh, *Walterus Fitz Hugh* & *Radulfus Botreaux*, Chivalers, ac *Robertus Brewes*, Armiger, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de generali attornatu.

De officio Theſaurarii villæ *Caleſiæ* conceſſo *Roberto Thorley*, Armigero. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 13. Februarii.

Johannes Rixton, Armiger, habet literas de protectione.

Membrana 12.

Johannes Field, *Alanus Faukyswell* & *Johannes Kyghley*, Armigeri, ac *Johannes* filius *Thomæ* de *Ardene*, Miles, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de protectione.

Salvus conductus pro *Herveo Chaſtel* cum mercandiſis ſuis, priſonario *Willelmi Beaumont* Armigeri, extra regnum tranſeundi pro redemptione ſua. Teſte ut ſuprà 11. Februarii.

Membrana 11.

Henricus Epiſcopus *Wintonienſis*, frater Regis, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 23. Martii.

Digitized by Google

Membrana 10.

Salvus conductus pro Episcopo de *Chartres*, *Johanne Hangest* Domino de *Heugueville*, Magistro *Guillielmo Bonratarii* & Magistro *Johanne de Sart* Secretario, in partibus *Picardiæ* veniendis ad tractandum de pace. Data apud manerium de *Eltham* 12. Februarii.

Membrana 9.

De potestate commissa *Henrico* Episcopo *Wintonienſi* fratri Regis, *Thomæ* Domino de *Camoys*, *Johanni de Norbury* Armigero & Magistro *Johanni Cateryk*, ad tractandum cum commissariis *Franciæ* de treugis & reformatione attemptatorum. Teste Rege apud *Westminster* 22. Martii

De constituendo eundem Episcopum *Wintonienſem* Commissarium Regis, ad tractandum cum *Francia* de pace. Data ut suprà.

Pro eodem Episcopo supervidendo statum villæ & castri *Calesiæ*, & omnium castrorum in partibus *Picardiæ*, & ad recipiendum monstrationes, &c. Teste ut suprà 24. Martii.

Pro eodem Episcopo ad tractandum de matrimonio inter Principem *Walliæ* & aliquam de filiabus Adversarii *Franciæ*. Teste ut suprà 22. Martii

Membrana 8.

Pro mercatoribus de *Venetia* liberè mercandisandis. Teste ut suprà 22. Martii.

Membrana 7.

De officio Collectoris omnium reddituum apud concesso *Thomæ Mellyng*, Armigero. Teste ut suprà 17. Februarii.

Membrana 6.

Salvus conductus pro *Tanneguy Chastel* de *Britannia* Armigero, prisonario *Johannis de Lancastre*, extra regnum transeundo pro redemptione sua. Teste ut suprà 1. Junii.

Salvus conductus pro *Casyn*, Armigero Ducis de *Berry*, in regnum *Angliæ* penes præsentiam Regis veniendo. Teste ut suprà 3. Maii.

De dominio de *Useste* in *Bazadois*, & quadam platea vocata *Forgas*, concessis *Willelmo Arnaut*. Teste ut suprà 9. Martii.

Membrana 5.

Salvus conductus pro *Johanne Dudarun* & aliis prisonariis *Radulfi Chalons*, Armigeri, versùs partes *Britanniæ* transeundis pro redemptionibus suis. Teste ut suprà 24 Junii.

Consimilis conductus pro *Johanne Meleyn*, & aliis Francigenis prisonariis *Radulfi Chalons*. Teste ut suprà.

Idem pro *Johanne à Stef*, & aliis prisonariis *Johannis Suthmede*. Teste ut suprà 28. Junii.

Membrana 4.

De potestate commissa *Ricardo Aston*, *Thomæ Swynford*, *Willelmo Hoo*, Militibus, Magistro *Johanni Cateryk*, *Johanni Urban*, *Perino le Loharenc* & *Ricardo Oldington*, ad audiendum voluntatem Ducis *Burgundiæ*, super materiis statum *Flandriæ* tangentibus, & ad tractandum cum Nunciis ejusdem Ducis de treugis, de mutuo intercursu mercandisarum, ac de reformatione attemptatorum. Teste ut suprà 3. Julii.

Membrana 3.

Pro *Ricardo Whittyngton*, de lanis eskippandis pro solutione de 1199. liv. 3. l. 9 d. mutuatorum Regi pro defensione regni. Teste ut suprà 25. Julii.

Membrana 2.

De assignando *Henricum* Episcopum *Bathonienſem*, *Ricardum de Eborum*, Chivaler, *Henricum Fitz Hugh & Henricum Lescrop*, Chivalers, ad concordandum

Digitized by Google

An. Dom. 1405. 1406.

cum Nunciis *Iſabellæ* Reginæ *Daciæ* & *Erici* Regis ibidem, de dote *Philippæ* ſecundo-genitæ Regis, ratione matrimonii inter præfatum *Ericum* & *Philippam*, necnon ad tractandum de alligantiis. Data apud *Weſtminſter* 26. Julii.

Membrana 1.

De aſſignando *Johannem Cheyne*, Militem, & Magiſtrum *Henricum Chichely*; Ambaſſiatores, ad exponendum voluntatem Regis, *Papæ* & Cardinalibus, ſuper certis negotiis ipſum & ſtatum regni concernentibus. Data apud caſtrum *Hertford* 18. Julii.

An. Dom. 1406. 1407.

Rotulus Franciæ de anno 8. *Henrici IV.*

Membrana 22.

Salvus conductus pro *Herveo Chaſtel*, Britone, priſonario *Willelmi Beaumont* de comitatu *Devoniæ* Armigero, extra regnum tranſeundo pro redemptione ſua. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 2. Octobris.

Salvus conductus pro piſcatoribus *Franciæ*, *Flandriæ* & *Britanniæ*, ſuprà mare per & infra dominia & diſtrictus Regis liberè piſcandis. Teſte ut ſuprà 5. Octobris.

Membrana 21.

De poteſtate commiſſa *Willelmo Eſturmy*, Militi, Magiſtro *Johanni Kyngton* & *Willelmo Brampton*, ad tractandum cum Nunciis Magiſtri generalis Ordinis Beatæ Mariæ *Theutonicorum*, de alio die eligendo pro reformatione attemptatorum & mutuo intercurſu mercandiſarum, &c. Data apud *Weſtminſter* 14. Novembris.

De poteſtate commiſſa *Johanni Cheyne*, Militi, Magiſtro *Henrico Chicheley* & *Hugoni Mortymer*, ad tractandum ſuper matrimonio inter Principem *Walliæ*, & unam de filiabus Adverſarii *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 5. Octobris.

Membrana 20.

Pro eiſdem ad tractandum cum Adverſariis *Franciæ* de pace. Teſte ut ſuprà.

Pro eiſdem ad tractandum cum *Francia*, ſuper reformatione attemptatorum, necnon de treugis. Teſte ut ſuprà.

De poteſtate commiſſa *Ricardo Aſton*, Militi, *Thomæ Swynford*, *Willelmo Hoo*, Militi, Magiſtro *Johanni Cateryk*, *Johanni Urban*, *Perino de Loharenc* & *Ricardo Oldington*, Armigero, ad tractandum cum Nunciis Adverſarii *Franciæ* pro aſſecuratione paſſagii & repaſſagii mercatorum, ac etiam pro ſecuritate piſcatorum. Teſte ut ſuprà.

Membrana 19.

Pro piſcatoribus patriæ *Flandriæ* liberè piſcandis, &c. Teſte ut ſuprà 9. Novembris.

Rex conceſſit *Thomæ* filio ſuo, omnes decimas piſcariarum & redditus de *Friſten*, *Calkewell*, *Galymot*, *Oſtrewyk* & *Bolyngton*, necnon infra comitatum & caſtellariam de *Guyſnes*, ac etiam cuſtodiam caſtri de *Guyſnes*. Teſte ut ſuprà 8. Decembris.

Gerardus de Rays, Armiger, & *Andreas Elton*, Miles, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de protectione.

Membrana 18.

Salvus conductus pro *Jacobo de Douglas* filio Comitis de *Douglas*, in regnum *Angliæ* veniendo pro obſide ejuſdem Comitis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 11. Januarii.

Thomas Hemgrave & *Parcevallus Snowden*, Milites, *Robertus Pakyngton* & *Johannes Wolfe*, Armigeri, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de protectione.

Membrana

Digitized by Google

Membranæ 17.

De poteſtate commiſſa *Johanni* Comiti de *Somerſet*, Capitaneo villæ *Caleſiæ*, de aſſignando *Chemin* inter *Caleys* & *Gravelinges*, pro mercatoribus ſecurè tranſeundis & redeundis. Data apud *Weſtminſter* 10. Martii.

Pro cuſtodibus portuum maris obſervandis unum articulum ex parte mercatorum *Angliæ & Franciæ*, de bonis captis ſuprà mare. Teſte ut ſuprà.

De poteſtate commiſſa *Willelmo Eſturmy*, Militi, & Magiſtro *Johanni Kyngton*, ad tractandum cum Nunciis Magiſtri generalis Ordinis Beatæ Mariæ *Theutonicorum* de *Jeruſalem* ſuper reformatione attemptatorum, necnon de alligantiis inter Regem & confœderatos ſuos ex una parte, & ipſum Magiſtrum ex altera. Data ut ſuprà 16. Februarii. Vide *Membranam 4.*

Pro eiſdem ad tractandum cum ſocietate mercatorum de *Hanſa*, ut ſuprà. Teſte ut ſuprà.

Membrana 16.

Willelmus Hody, & *Johannes Wolf* Armigeri, qui in comitiva *Thomæ Lancaſtre* Capitanei caſtri de *Guyſnes* morantur, habent literas de protectione.

Membrana 15.

Conſimiles literas habent *Jacobus Whyte*, & *David Howell*, Armigeri, qui in comitiva ejuſdem *Thomæ* morantur.

De acquietando *Johannem Martell*, Militem, nuper priſonarium Regis de finantia ſua. Teſte ut ſuprà 2. Martii.

Membranæ 14. & 13.

De confirmatione diverſorum articulorum pro utilitate intercurſus mercandiſarum inter *Angliam* & *Franciam.* Data apud *Weſtminſter* 10. Martii.

Membrana 12.

Walterus Sandes, Miles, qui in comitiva *Thomæ Lancaſtre* Capitanei de *Guyſnes* moratur, habet literas de protectione.

De officio Theſaurarii villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Ricardo Merlaw.* Teſte Rege apud *Weſtminſter* 9. Martii.

Membrana 11.

De contentionibus & diſcordiis inter mercatores regni *Angliæ*, & illos de *Holland*, *Zeland*, *Brabant* & *Flandres*, ſedandis. Data apud *Weſtminſter* 5. Februarii.

Membrana 10.

De aſſignando *Johannem Cheyne*, Militem, & Magiſtrum *Henricum Chicheley* Procuratores Regis, ad intimandum voluntatem ſuam *Papæ* & Cardinalibus, ſuper certis negotiis ipſum & ſtatum regni tangentibus. Teſte ut ſuprà 26. Aprilis.

Salvus conductus pro mercatoribus de *Florentia.* Teſte ut ſuprà 30. Aprilis.

Membrana 9.

De cauſis civilibus & criminalibus audiendis & terminandis ex parte Epiſcopi *Roffenſis* contra Ducem *Burgundiæ* & alios, ſuper areſtatione perſonæ ſuæ & Clericorum ſuorum. Teſte 8. Maii.

Salvus conductus pro mercatoribus de *Venetia.* Teſte ut ſuprà 5. Maii.

Pro Majore & Mercatoribus ſtapulæ *Caleſiæ*, de ſolutione cuſtumæ & ſubſidii reſpectuanda. Teſte ut ſuprà 30. Aprilis.

Salvus conductus pro *Laurentio* Epiſcopo *Anconitano*, in regnum *Angliæ* veniendo penes præſentiam Regis pro certis negotiis exponendis ex parte *Papæ.* Teſte ut ſuprà 30. Maii.

Membrana 8.

Pro *Ricardo Kays* ſerviente ad arma, de proclamatione facienda in omnibus portubus maris, de non inferendo dampna Duci *Britanniæ*, in *Angliam* veniendo pro tractatu pacis.

Digitized by Google

An. Dom. 1406. 1407.

Johannes Byſpham de comitatu de *Lancaſtre*, Armiger, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 14. Junii.

Membrana 7.

Pro Commiſſariis ad tractandum, &c. [Vide *Membranam* 20.] Teſte ut ſuprà 11. Junii.

Membrana 6.

Pro Commiſſariis ad tractandum cum *Francia* de pace. Teſte ut ſuprà. [Vide *Membranam* 20.]

Membrana 5.

Pro Commiſſariis ad tractandum cum ſocietate de *Hanſa*. Teſte 22. Julii. [Vide *Membranam* 17.]

De requeſtu ex parte Magiſtri *Thomæ de Weſton*, ad longinquas mundi partes tranſeundi pro certis negotiis expediendis. Teſte ut ſuprà 26. Septembris.

De treugis inter Regem & Ducem *Britanniæ* captis, duraturis pro uno anno incipiendo à data præſentium. Data apud *Weſtminſter* 11. Julii.

Membrana 4.

Salvus conductus pro Epiſcopo de *Saint Flour*, Monſieur *Guillaume de Mont-Revel*, Chivaler, *Caſin de Sirenvillier*, Armigero, & Magiſtro *Johanne de Hue* Secretario conſanguinei de *Francia*. Data apud *Weſtminſter* 27. Septembris.

Membrana 3.

Salvus conductus pro *Johanne Mareuch* de *Britannia*, priſonario *Johannis Hankeford*, Armigeri, extra regnum tranſeundo pro finantia ſua. Teſte Rege apud *Cranebroke* 9. Auguſti.

De tractatu cum *Flandria* obſervando à 15. die Junii pro uno anno duraturo, non obſtante publicatione facta, &c. Data apud *Weſtminſter* 12. Junii.

Membrana 2.

Pro *Ricardo Aſton*, Chivaler, Magiſtro *Nicholao Rixton*, *Perino de Loharenc*, & *Ricardo Oldington*, de procedendo in tractatu cum Duce *Burgundiæ* de diverſis articulis pro utilitate mercatorum. Data apud *Weſtminſter* 12. Junii.

Pro eiſdem ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ*, pro mercatoribus ſecurè tranſeundis & redeundis. Data apud *Weſtminſter* 22. Julii.

Membrana 1.

De requeſtu ex parte *Johannis Cheyne*, Militis, ad Curiam Romanam tranſeundi pro quibuſdam negotiis Regis expediendis. Data ut ſuprà 25. Novembris.

De cuſtodia caſtri de *Sandgate*, commiſſa *Johanni Blount*, Chivaler. Teſte ut ſuprà 2. Martii.

An. Dom. 1407. 1408.

Rotulus Franciæ de anno 9. Henrici IV.

Membrana 22.

DE requeſtu ex parte *Galfridi Leſcrop*, Armigeri, ad longinquas mundi partes tranſeundi pro certis negotiis expediendis. Data apud *Weſtminſter* 3. Octobris.

Salvus conductus pro *Henrico Mabrathre* & aliis de *Britannia* mercatoribus, priſonariis *Ricardi Rowe*, extra regnum tranſeundis pro redemptionibus ſuis. Teſte Rege apud *Glouceſtre* 5. Novembris.

Membrana 21.

Johannes Mortymer, & *Edwardus Colman* Armigeri, qui in comitiva Comitis de *Somerſet*, Capitanei caſtri *Caleſiæ* morantur, habent literas de protectione.

Digitized by Google

Membrana 20.

De poteſtate commiſſa *Thomæ de Lancaſtre* Seneſcallo *Angliæ*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* de pace. Teſte Rege apud *Glouceſtre* 26. Decembris.

Membrana 19.

De confirmatione treugarum cum *Francia*, à commencer du quinzieme jour de Janvier juſque au quinziéme jour d'Avril prochain. Ambaſſiatores ex parte *Angliæ*, Epiſcopus *Dunelmenſis*, *Thomas Erpingham* Chivaler, *Hugo de Mortymer* Armiger, & Magiſter *Hugo Cateryk*; ex parte *Franciæ*, *Franciſcus* Epiſcopus de *Sancto Floro*, *Guillaume de Montrevill* Chivaler, *Caſyn de Serenvillet* Armiger, & Magiſter *Johannes Hue* Secretarius. Data apud *Glouceſtre* 10. Decembris.

Membrana 18.

Johannes Scardebourg ſenior Armiger, qui in comitiva *Thomæ Lancaſtre*, Capitanei caſtri de *Guyſnes* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 3. Februarii.

Membrana 17.

Johannes Brown, qui in comitiva *Johannis Lardener* Armigeri, Capitanei caſtri de *Oye*, moratur, habet literas de protectione. Teſte 27. Januarii.

Membrana 16.

Pro *Johanne* Comite de *Somerſet*, Capitaneo villæ *Caleſiæ*, de ſolutione vadiorum ſuorum & ſoldariorum ibidem. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. Februarii.

Membrana 15.

Salvus conductus pro diverſis perſonis tranſeundis in *Britanniam*, cum tumba alabauſtri pro Duce *Britanniæ* defuncto. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. Februarii.

De gubernatoribus pro mercatoribus *Angliæ* in partibus *Norwegiæ*, *Sueciæ* & *Daciæ* eligendis. Teſte ut ſuprà 1. Martii.

De poteſtate commiſſa *Nicholao Rixton*, *Johanni Urban*, *Johanni Burghope*, *Petro de Loharenc*, & *Ricardo Oldington*, Armigeris, ad tractandum cum Commiſſariis Ducis *Burgundiæ* ſuper prorogatione quarundam treugarum. Teſte ut ſuprà 5. Martii.

Membrana 14.

Salvus conductus pro *Johanne de Loupiac*, Milite, in regnum *Angliæ* veniendo pro quibuſdam materiis Regi declarandis, ex parte Comitis d'*Armaignac*. Teſte ut ſuprà 8. Martii.

Membrana 13.

De requeſtu ex parte *Ricardi* Comitis de *Warwic*, ad longinquas mundi partes tranſeundi pro certis negotiis expediendis. Teſte ut ſuprà 3. Maii.

Ricardus Cryſe, Armiger, qui in comitiva *Edmundi* Comitis *Kantiæ*, Admiralli *Angliæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 16. Martii.

Johannes Shirley, & *Willelmus Makney*, Armigeri, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de generali attornatu.

Membrana 12.

De prorogatione treugarum prædictarum cum *Francia* à 15. die Aprilis uſque ultimum diem Septembris per *Robertum Waterton*, & Magiſtrum *Ricardum Holme* ex parte *Angliæ*, & *Caſin* Seigneur de *Serenvillier*, & *Gontier Col* Secretarium ex parte *Franciæ*. Data apud caſtrum de *Pountfreit* 15. Aprilis.

Membrana 11.

De proclamando treugas prædictas & de iis obſervandis. Data ultimo die Aprilis.

Digitized by Google

An. Dom. 1407. 1408.

Membrana 10.

De proclamatione facienda in Ducatu *Aquitaniæ* de treugis cum *Francia*, & de eis obſervandis. Teſte Rege apud caſtrum de *Pountfreit* 15. Aprilis.

Membranæ 10. 9. 8. & 7.

De confirmatione prorogationis treugarum cum *Flandria* à 15. die Junii pro tribus annis. Data apud *Weſtminſter* 10. Junii.

Membrana 6.

De confirmatione pro *Willelmo Orewell* de brocagio cereviſiæ de *Holland*, *Eſtland* & *Zeland*. Teſte ut ſuprà 17. Junii.

Membrana 5.

De poteſtate commiſſa *Ricardo Aſton* Chivaler, Magiſtro *Nicholao Rixton*, *Johanni Urban*, *Johanni Burghope*, *Perin de Loharenc*, & *Ricardo Oldington*, ad tractandum cum Commiſſariis Ducis *Burgundiæ*, de intercurſu mercandiſarum. Data apud *Weſtminſter* 11. Junii.

Membrana 4.

Pro eiſdem ad tractandum cum illis de *Francia*, ut ſuprà. Teſte ut ſuprà.

Membrana 3.

De ordinando *Thomam* Archiepiſcopum *Cantuariæ* Cancellarium *Angliæ*, *Edmundum* Comitem de *Kent* Admirallum *Thomam Erpingham*, Chivaler, Conſtabularium de *Dover*, & cuſtodem quinque portuum; conſervatores treugarum cum *Britannia*. Data apud *Weſtminſter* 11. Julii.

De cuſtodia caſtri *Caleſiæ*, commiſſa *Thomæ Beaufort* fratri Regis. Teſte ut ſuprà 28. Julii.

Membrana 2.

De poteſtate commiſſa *Hugoni Mortymer*, & *Johanni Catryk*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* de treugis & ſuper reformatione attemptatorum. Teſte ut ſuprà 3. Auguſti.

Membrana 1.

Michael de la Pole Comes de *Suffolc*, qui pro certis negotiis Regis extra regnum profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Cantuariam* 27. Auguſti.

An. Dom. 1408. 1409.

Rotulus Franciæ de anno 10. *Henrici IV.*

Membrana 19.

DE pardonatione pro mercatoribus de *Venetia*, de omnibus tranſgreſſionibus. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 2. Octobris.

Membrana 18.

Salvus conductus pro *Armel de Chaſteaugiron* Chivaler, Camerario Ducis *Britanniæ*, in regnum *Angliæ* veniendo. Teſte ut ſuprà 15. Octobris.

Radulfus Bulmere Chivaler, *Willelmus Pulton*, *Thomas Wykham*, & *Thomas Sersheden* Armigeri, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de generali attornatu.

Membranæ 17. 16. 15. & 14.

De prorogatione treugarum cum *Francia* ab ultimo die Septembris, uſque primum diem Maii qui erit anno 1410. Ambaſſiatores ex parte *Angliæ*, *Hugo Mortymer* Armiger, & *Johannes Catrick*; ex parte *Franciæ Cordelier de Gireſme*, & Magiſter *Johannes de Courtecuiſſe*. Data apud *Weſtminſter* 31. Octobris.

De treugis prædictis obſervandis. Data ut ſuprà.

Digitized by Google

Membrana 13.

Bernardus Saunderſon de comitatu *Bucks* Armiger, qui in comitiva *Johannis de Somerſet* Capitanei villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 15. Novembris.

Johannes Wollaſton Armiger, qui in comitiva ejuſdem *Johannis* moratur, conſimiles habet literas.

Membrana 12.

De poteſtate commiſſa *Ricardo Aſton* Chivaler, Magiſtro *Nicholao Rixton*, *Johanni Urban*, *Johanni Burghope*, *Perin le Loharenc*, & *Ricardo Oldington* Armigeris, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* de mutuo intercurſu mercandiſarum. Data apud *Weſtminſter* 20. Novembris.

Membrana 11.

Thomas Rygge Armiger, qui ad partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 12. Decembris.

Willelmus Swynburne Armiger, ad partes tranſmarinas profecturus, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 26. Januarii.

Membrana 10.

De officio Clerici Collectoris cuſtumarum apud *Caleſiam*, conceſſo *Thomæ Peverell*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 8. Decembris.

Johannes Bernak Chivaler, qui ad partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 29. Januarii.

Membrana 9.

Johannes Wilcotes, & *Johannes Warde* Armigeri, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de generali attornatu.

De requeſtu ex parte *Roberti* Epiſcopi de *Sarum*, ad longinquas mundi partes tranſeundi pro certis negotiis expediendis. Teſte ut ſuprà 15. Februarii.

Salvus conductus pro *Johanne* Domino de *Werchen*, Seneſcallo de *Haynaut*, in regnum *Angliæ* veniendo ad certa facta armorum perficienda. Teſte ut ſuprà 23. Februarii.

Membrana 8.

De caſtro & villa de *Merke*, conceſſis *Thomæ Swynbourne* Armigero. Teſte ut ſuprà 23. Novembris.

De officio Magiſtri Janitoris villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Multon* Armigero. Teſte ut ſuprà 12. Aprilis.

Thomas Saint Omers Chivaler, & *Johannes de Bozon* Armiger, ad partes tranſmarinas profecturi, habent literas de generali attornatu.

Membrana 7.

Robertus Dover, & *Nicholaus Maudit* Armigeri, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, habent literas de protectione.

Membrana 6.

De poteſtate commiſſa Epiſcopo *Wintonienſi*, *Henrico* Domino *Leſcrop*, *Arnaldo Savage*, Militi, *Hugoni Mortymer* Armigero, & Magiſtro *Johanni Catryk*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* de & ſuper omnibus querelis, & de reformatione attemptatorum. Teſte ut ſuprà 15. Maii.

Pro eiſdem ad tractandum cum *Francia* de pace. Teſte ut ſuprà.

De requeſtu ex parte Epiſcopi *Dunelmenſis*, per diverſa regna tranſeundi pro quibuſdam negotiis, tam unionem Eccleſiæ quàm regnum *Angliæ* concernentibus. Teſte ut ſuprà 20. Martii.

Membrana 5.

Salvus conductus pro *Johanne Chalons* Chivaler, & *Johanne Carnean* Armigero, in regnum *Angliæ* veniendis ad certa facta armorum perimplenda. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 30. Junii.

Digitized by Google

Membrana 4.

De conſtituendo Archiepiſcopum *Cantuariæ*, Admirallum *Angliæ*, Conſtabularium de *Dover*, & cuſtodem quinque portuum, conſervatores treugarum inter Regem *Angliæ* & Ducem *Britanniæ*. Data ut ſuprà 11. Junii.

Robertus Tempeſt de Craven Armiger, qui ad partes tranſmarinas profecturus eſt; habet literas de protectione.

Ricardus Overe Armiger, ad partes tranſmarinas profecturus, habet literas de generali attornatu.

Membrana 3.

Willelmus Swynbourne Armiger, Capitaneus caſtri de *Merke*, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 18. Septembris.

Membrana 2.

De poteſtate commiſſa Epiſcopo *Wintonienſi*, *Thomæ Beaufort* Admirallo *Angliæ*, *Arnaldo Savage* Militi, *Hugoni Mortymer*, & Magiſtro *Johanni Catryk*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* de querelis, &c. Teſte ut ſuprà 3. Septembris.

Pro eiſdem ad tractandum de pace. Data ut ſuprà.

Membrana 1.

De conſtituendo *Johannem* Comitem de *Somerſet*, Capitaneum villæ *Caleſiæ*, ſive Locumtenentem ejus, conſervatorem tractatus cum *Flandria* de intercurſu mercandiſarum. Data apud *Weſtminſter* 28. Aprilis.

De poteſtate data *Waltero de la Pole*, Militi, & Magiſtro *Johanni Stokes* ad tractandum cum Commiſſariis Regis *Romanorum*, de quibuſcunque negotiis & præcipuè, de & ſuper conceſſione de *Delphinatu* de *Viennenſi*, ac terris & domi-

Digitized by Google

niis de *Landoc*, Regi *Angliæ* & heredibus ſuis. Data in palatio de *Weſtminſter* 7. Julii.

Pro eiſdem ad concordandum de & ſuper Ducatu *Lucemburgenſi*, qui Ducatus impignoratus exiſtit Regi *Angliæ*. Data ut ſuprà.

Pro *Waltero de la Pole*, Milite, & Magiſtro *Johanne Stokes*, ad tractandum cum Marchione *Badenſi* ſuper ſolutione finantiæ Domini *Oliveri de Blois* Comitis *Pictaviæ*, priſonarii Regiis. Data in palatio de *Weſtminſter* 18. Julii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, &c. videlicet,

Janico Dartas, Armiger. Teſte *Johanne* Duce *Bedford*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 18. Julii.

Robertus Beauchamp Comes *Wigorniæ*. Teſte Rege apud *Dover* 6. Julii.

Willelmus Elmedon, Chivaler. Teſte ut ſuprà 16. Junii.

Thomas Lychebarewe de comitatu *Cornubiæ*. Teſte præfato cuſtode apud *Weſtminſter* 28. Julii.

Membrana 10.

De maeremio & petris ac aliis providendis pro villa *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 15. Julii.

De exemplificatione cujuſdam Acti Parliamenti de pace finali inter Regem *Angliæ* & Regem *Franciæ*. Teſte Rege apud *Cantuariam* 1. Junii.

Rex commiſit *Ricardo Bokeland* cuſtodiam caſtri de *Banelingham* in marchiis *Picardiæ*. Teſte præfato Cuſtode apud *Weſtminſter* 22. Julii.

Rex commiſit *Thomæ Chambres*, Armigero, cuſtodiam caſtri de *Guynes*. Teſte ut ſuprà.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Willelmus Oldhalle, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. Junii.

Membrana 9.

Robertus Hereward, Armiger. Teſte præfato cuſtode apud *Weſtminſter* 26. Julii.

Humfridus Littlebury de *Kyrton* in comitatu *Lincoln*, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 22. Maii.

Henricus Bromflete, Miles. Teſte præfato cuſtode apud *Dover* 14. Junii.

Humfridus Stafford, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. Maii.

Jacobus Hogget, Armiger. Teſte ut ſuprà 2. Junii.

Willelmus Clyfton, Armiger. Teſte ut ſuprà.

Henricus Fitz-Hugh, Chivaler. Teſte Rege apud *Dover* 13. Junii.

Johannes Coleman de comitatu *Stafford*, Armiger. Teſte præfato cuſtode 16. Februarii.

Salvus conductus pro ſerviente Ducis *Aurelianenſis*, versùs partes *Franciæ* tranſeundo. Teſte *Johanne* Duce *Bedford*, cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 1. Julii.

De debitis & exitibus in villa *Caleſiæ* ad opus Regis levandis. Teſte ut ſuprà 12. Julii.

Membrana 8.

De præſentatione ad Cantariam *Sanctæ Crucis* in Eccleſiâ *Sancti Nicholai Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 9. Novembris.

Præſentatio ad Eccleſiam parochialem de *Guiſnes*. Teſte ut ſuprà 12. Julii.

Rex conceſſit *Johanni Pykering* viginti libras annuatim in nomine feodorum pertinentium ad officium Contrarotulatoris villæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud villam *Dover* 8. Junii.

Rex conſtituit *Ricardum Bokeland*, Magiſtrum ſive cuſtodem monetæ, & cunagii *Caleſiæ*. Teſte præfato cuſtode apud *Weſtminſter* 17. Novembris.

Salvus conductus pro ſerviente Comitis de *Engouleſme*, penes Regem in partes *Franciæ* eundo. Teſte ut ſuprà 3. Decembris.

Conſimilis conductus pro alio ſerviente ejuſdem Comitis, penes Regem in partes *Franciæ* eundo, pro proſequendo pro certa finantia ſive ſumma capta ab illo. Teſte ut ſuprà.

Digitized by Google

A.N. Dom. 1421. 1422. De *Britonibus* & bonis ſuis capiendis ratione guerrarum contra treugas. Teſte ut ſuprà 7. Novembris.

Membranæ 7. & 6.

De confirmatione pacis inter Regem *Angliæ*, & Ducem ac Communitatem *Januæ*, factæ per Epiſcopum *Wigornienſem*, *Johannem Stafford* cuſtodem privati ſigilli, & *Willelmum Alnewyk* ex parte Regis; & *Raphaelen Spinola*, & *Stephanum Lomelinum* ex parte dicti Ducis & Communitatis. Data apud 26. Octobris.

Membrana 5.

De inquirendo de omnibus terris & tenementis infrà villam *Caleſiæ*, & alibi ab antiquo pertinentibus, & de claimo liberorum hominum & tenentium. Teſte ut ſuprà 19. Februarii.

De requeſtu ex parte Epiſcopi *Lincolnienſis*, *Walteri Pole*, Militis, & *Nicholai Bildeſton*, tranſeundis ad longinquas mundi partes pro negotiis Regis expediendis. Data apud *Weſtminſter* 14. Januarii.

Salvus conductus pro *Waltero Leget*, & *Roberto Davyſton* de *Scotia*, in regnum *Angliæ* veniendo cum certis equis *Jacobo* Regi *Scotiæ* ducendis. Teſte ut ſuprà 4. Decembris.

Walterus de la Pole habet literas de generali attornatu. Teſte præfato cuſtode 12. Februarii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Hugo Sampford de *Taunton* in comitatu *Devon*, Armiger. Teſte ut ſuprà 28. Februarii.

Ricardus Forteſcue de *Ermyngton* in comitatu *Devon*, Armiger. Teſte ut ſuprà 1. Martii.

Ricardus Spenſer, Armiger. Teſte ut ſuprà 11. Februarii.

Willelmus Cluggeys de comitatu *Devon*, Armiger. Teſte ut ſuprà 9. Martii.

Robertus Bruc, Armiger. Teſte ut ſuprà 3. Martii.

Membrana 4.

Salvus conductus pro ſervitore Mareſcalli de *Rieux* in *Anglia* exiſtente, versùs partes *Franciæ* tranſeundo. Teſte ut ſuprà 20. Decembris.

Pro Theſaurario & Vitellario villæ *Caleſiæ*, de ſubſidio lanarum, &c. levando. Teſte ut ſuprà 5. Februarii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.

Johannes Houford de comitatu *Caſtriæ*, Armiger. Teſte ut ſuprà 16. Februarii.

Nicholaus Burdet de comitatu *Wigorn*, Armiger. Teſte ut ſuprà 15. Februarii.

Membrana 3.

De poteſtate data Epiſcopo *Lincolnienſi*, *Waltero Pole*, Militi, & *Nicholao Bildeſton*, ad tractandum cum Commiſſariis Regis *Romanorum*, & petendum ſubſidium hominum armatorum & baliſtariorum. Data apud *Weſtminſter* 14. Januarii.

Pro eiſdem ad tractandum cum *Ludovico* Duce *Bavariæ*, & petendum ſubſidium, ut ſuprà. Teſte ut ſuprà.

Pro eiſdem ad tractandum cum *Henrico* Duce *Bavariæ*, & petendum ſubſidium, &c. Teſte ut ſuprà.

Pro eiſdem ad tractandum cum Archiepiſcopo *Trevirenſi*, & petendum ſubſidium, &c. ut ſuprà. Data ut ſuprà.

Pro eiſdem ad tractandum cum Archiepiſcopo *Colonienſi*, & petendum ſubſidium, &c. Data ut ſuprà.

Pro eiſdem ad tractandum cum Archiepiſcopo *Moguntino*, & petendum ſubſidium, &c. Data ut ſuprà.

De poteſtate data *Thomæ* Baroni de *Carew*, Militi, & *Willelmo Lyndwood* Clerico, ad tractandum cum Commiſſariis Regis *Portugalliæ*, & petendum ſuccurſum hominum armatorum & baliſtariorum. Data ut ſuprà.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Digitized by Google

AN. DOM. 1421. 1422.

Robertus Cumberworth de comitatu *Notingham*, Armiger. Teſte *Johanne* Duce *Bedford*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 6. Martii.
Willelmus Forſter de comitatu *Lincoln*, Armiger. Teſte ut ſuprà 9. Martii.
Willelmus Carſwill de *Leunſyde* in comitatu *Devon*, Armiger. Teſte ut ſuprà.
Willelmus Radclyffe, Miles, Conſtabularius *Burdegalæ*, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 1. Decembris.
Robertus Chamberlain, Armiger. Teſte ut ſuprà 9. Martii.
Robertus Radclyffe de *Oſwaldeſton*, Armiger. Teſte ut ſuprà 5. Martii.
Willelmus Pomeray, Armiger. Teſte ut ſuprà 3. Martii.
Robertus Yaroughdale, Armiger. Teſte ut ſuprà 16. Martii.

Membrana 2.

Robertus Cotes de *parva Cotes* in comitatu *Lincoln*, Armiger. Teſte ut ſuprà 18. Februarii.
Robertus Deneys de comitatu *Devon*, Armiger. Teſte ut ſuprà 17. Februarii.
Willelmus Harbotell, Armiger. Teſte ut ſuprà 2. Martii.
Johannes Knight, Armiger. Teſte ut ſuprà 3. Martii.
Ricardus Hay, Armiger. Teſte ut ſuprà 23. Novembris.
Robertus Chalons, Miles. Teſte ut ſuprà 21. Februarii.
Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui, ut ſuprà, &c.
Thomas Scales, Chivaler. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. Maii.
Ricardus Hankeford, Armiger. Teſte ut ſuprà 1. Martii.
Robertus Bruc, Armiger. Teſte ut ſuprà 4. Martii.

Membrana 1.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.
Thomas Brayles, Armiger. Teſte ut ſuprà 1. Martii.
Ricardus Hankford, Armiger. Teſte ut ſuprà 10. Martii.
Rex conſtituit *Johannem Park*, Scrutatorem villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 1. Februarii.

Rotulus Franciæ de anno 10. *Henrici V.*

AN. DOM. 1422.

Membrana 3.

Literas de protectione & de generali attornatu habent ſubſcripti, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,
Ricardus Haryngton, Armiger. Teſte *Johanne* Duce *Bedford*, cuſtode *Angliæ* apud villam *Southampton* 7. Aprilis.
Hugo Anneſley, Miles. Teſte ut ſuprà 9. Aprilis.
Thomas Cuſak, Armiger. Teſte ut ſuprà apud *Weſtminſter* 27. Martii.
Johannes Skidmore, Miles. Teſte ut ſuprà apud villam *Southampton* 8. Aprilis.
Johannes Skidmore, Armiger. Teſte ut ſuprà.
Johannes Burghope, Armiger. Teſte ut ſuprà 16. Aprilis.
Johannes Hore, Armiger. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 13. Maii.
Johannes Dux *Bedford*. Teſte præfato Duce *Bedford* apud *Southwyk* 1. Maii.
Rex conſtituit *Ricardum Bokeland*, cuſtodem & receptorem omnium proficuorum monetæ Regis. Teſte præfato cuſtode 4. Maii.
Rex conſtituit *Jacobum Shaft*, campſorem & aſſaiatorem monetæ infra villam *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 3. Maii.

Membrana 2.

Salvus conductus pro *Willelmo Barogmer*, ſerviente Comitis d'*Engouleſme*, penes Regem tranſeundo. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 20. Junii.
Literas de protectione habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà, videlicet,
Johannes Salvayn de comitatu *Eborum*, Armiger. Teſte *Johanne* Duce *Bedford*, Cuſtode *Angliæ* apud villam *Southampton* 16. Aprilis.

Digitized by Google

An. Dom. 1422.

Johannes Arundel Decanus de *Wyndſore*, in comitiva Reginæ *Angliæ*. Teſte ut ſuprà 25. Aprilis.

Willelmus Tregerezes de comitatu *Cornubiæ*, Armiger. Teſte ut ſuprà 26. Martii.

Johannes Saint John de comitatu *Northampton*, Armiger. Teſte ut ſuprà 7. Aprilis.

Ricardus Norman de comitatu *Glouceſtriæ*, Armiger. Teſte ut ſuprà apud *Southwyk* 2. Maii.

Willelmus Pomeray, Armiger, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 26. Aprilis.

Thomas Everingham, Armiger. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 20. Maii.

Membrana 1.

Johannes Comes *Mareſcallus*, habet literas de generali attornatu. Teſte *Johanne* Duce *Bedford*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 27. Aprilis.

Literas de protectione habent ſubſcripti qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Thomas Chambre, Armiger, Capitaneus caſtri de *Guiſnes*. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 30. Junii.

Willelmus Goode de comitatu *Suffolc*, Armiger. Teſte ut ſuprà 2. Julii.

Willelmus Iſlak de *Sprouſton* in comitatu *Norfolc*, Armiger. Teſte ut ſuprà 29. Junii.

Willelmus de Hodleſton de *Coupland*, Armiger. Teſte ut ſuprà 15. Julii.

Johannes Paſſele, Armiger. Teſte ut ſuprà 18. Julii.

Henricus Mulſo, Armiger. Teſte ut ſuprà 25. Julii.

Rex commiſit *Thomæ Chambre*, Armigero, cuſtodiam caſtri de *Guiſnes*. Teſte ut ſuprà 1. Julii.

Rotulus Franciæ de anno primo Henrici VI.

An. Dom. 1422. 1423.

Membrana 20.

REx conſtituit *Johannem Kempſey*, receptorem omnium proficuorum monetarum apud *Caleſiam*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. Octobris.

Rex conſtituit *Jacobum Shaft* campſorem & aſſaiatorem monetæ apud *Caleſiam*. Teſte ut ſuprà.

Rex commiſit *Ricardo Bokeland*, Armigero, cuſtodiam caſtri de *Balyngham* in partibus *Picardiæ*. Teſte ut ſuprà 1. Septembris.

Salvus conductus pro *Petro de Louppe* de *Francia*, priſonario, tranſeundo versùs partes *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 28. Novembris.

Henricus Ingloſe, Miles, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 1. Decembris.

Johannes Batton, Armiger, ad partes tranſmarinas profecturus, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 7. Decembris.

Rex conceſſit *Ricardo Bokeland*, officium Theſaurarii *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 21. Decembris.

Salvus conductus pro ſervientibus Comitis de *Vendoſme*, veniendis in *Angliam*. Teſte ut ſuprà 23. Novembris.

Membrana 19.

Salvus conductus pro *Johanne Fournier* de coquina, & *Euſtachio de Montformer* Secretario Ducis de *Bourbon*, tranſeundis versùs villam de *Rouen*. Teſte ut ſuprà 23. Decembris.

Thomas Pykhull qui versùs partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 12. Februarii.

Conſimiles literas habent ſubſcripti, videlicet,

Thomas Rake qui in comitiva *Willelmi Fitzharry*, Armigeri, Capitanei caſtri de *Honneſleur* moratur. Teſte ut ſuprà.

Thomas

Digitized by Google

Thomas Prewe, qui in comitiva *Johannis Stiward*, Militis, Capitanei caſtri de *Neuilly-l'Eveſque*, moratur. Teſte ut ſuprà 14. Januarii.

Thomas Seman qui in comitiva *Johannis* Baronis de *Grayſtoke*, Capitanei caſtri de *Rokeſbourgh* moratur. Teſte ut ſuprà 18. Februarii.

Johannes Saintlow, Armiger, qui versùs partes *Normanniæ* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 10. Februarii.

Willelmus Whitlock, qui in comitiva *Johannis Belton*, Militis, Capitanei caſtri de *Maiſtrell* moratur. Teſte ut ſuprà 22. Februarii.

Membrana 18.

Johannes Holand Comes de *Huntingdon*, qui in obſequio Regis in partibus *Franciæ* moratur, habet literas de generali attornatu. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. Februarii.

De confirmatione pro *Johanne Brian*, de officio ſcrutatoris forisfacturarum lanarum, &c. apud *Caleſiam*. Teſte ut ſuprà 9. Decembris.

Petrus Gueneſſe mercator, qui in comitiva *Ricardi* Comitis de *Warwic*, Capitanei caſtri & civitatis *Rothomagi* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 31. Januarii.

Rex conſtituit Epiſcopum *Ciceſtrenſem*, Procuratorem ſuum in Curia *Romana*. Teſte ut ſuprà 15. Februarii.

Membrana 17.

Rex commiſit *Nicholao Horton*, Armigero, cuſtodiam caſtri de *Oye* in *Picardia*. Teſte ut ſuprà 5. Martii.

Willelmus Brugges aliàs dictus *Gartier* Rex armorum, qui in comitiva Epiſcopi *Wintonienſis* ad Curiam *Romanam* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 26. Januarii.

De confirmatione pro *Johanne Pikering*, de officio Contrarotulatoris villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 3. Martii.

Salvus conductus pro *Philippo Monſtreuil* de *Francia*, priſonario *Willelmi Bowes*, Militis, versùs regnum *Franciæ* tranſeundo. Teſte ut ſuprà 2. Martii.

Johannes Skederowe, Miles, qui in comitiva *Thomæ* Ducis *Exoniæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 19. Aprilis.

Membrana 16.

Henricus Huſe, Chivaler, qui in comitiva Epiſcopi *Wintonienſis*, versùs generale Concilium profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 23. Aprilis.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui versùs partes *Franciæ* profecturi ſunt, videlicet,

Walterus Hungerford, Miles. Teſte ut ſuprà 26. Aprilis.

Georgius Chadelyche, Miles. Teſte ut ſuprà.

Thomas Seint Leger, Armiger. Teſte ut ſuprà 12. Maii.

Willelmus de Aſheton de *Crofton*, Miles. Teſte ut ſuprà 7. Maii.

Gilbertus de Halſale, Miles. Teſte ut ſuprà 11. Maii.

Robertus Grenacres de comitatu *Lancaſtriæ*, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. Aprilis.

Ichel Vaughan, Armiger. Teſte ut ſuprà 15. Maii.

Johannes Curſon, Chivaler. Teſte ut ſuprà 7. Maii.

Godefridus Hilton, Miles. Teſte ut ſuprà 3. Maii.

Walterus Goldingham, Miles. Teſte ut ſuprà 5. Maii.

Membrana 15.

Johannes Wroughton, Armiger. Teſte ut ſuprà 8. Junii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà, videlicet,

Thomas Blount, Armiger. Teſte ut ſuprà 14. Maii.

Robertus de Willughby, Chivaler. Teſte ut ſuprà 20. Maii.

Salvus conductus pro *Jacobo Bouchiers*, *Reginaldo Pidone*, Magiſtro *Hugone Perryer*, *Johanne Mercier*, *Willelmo le Feure*, & *Johanne Chenu* de regno *Franciæ*,

Digitized by Google

veniendis in *Angliam* ad tractandum pro deliberatione Comitis de *Engoulesme*, & obsidum suorum. Teste ut suprà 29. Maii.

Salvus conductus pro *Johanne de Contes* dit *Myngot*, Armigero, versùs regnum *Franciæ* transeundo pro finantia sua. Teste ut suprà 20. Maii.

Membrana 14.

Literas de generali attornatu habent subscripti, qui &c. ut suprà.

Thomas Hoorne, Armiger. Teste ut suprà 17. Maii.

Walterus Charleton de comitatu *Wilts*, Armiger. Teste ut suprà 23. Junii.

Willelmus Oldhall de comitatu *Norfolc*, Armiger. Teste ut suprà 1. Junii.

De officio Collectoris denariorum pro custumis lanarum, &c apud *Calesiam*; concesso *Johanni Waltham*. Teste ut suprà 18. Maii.

Johannes Victory qui in comitiva *Johannis Mongomery*, Militis, Capitanei castri de *Danfront* moratur, habet literas de protectione. Teste ut suprà 26. Martii

Salvus conductus pro *Johanne le Sueille*, & *Johanne Miner*, servientibus Comitis de *Vendosme*, prisonarii Regis versùs partes *Franciæ* transeundis. Teste ut suprà 5. Julii.

Membrana 13.

Salvus conductus pro Magistro *Willelmo Cousinot*, Cancellario Abbate de *Sancto Lannomaro Blesensi*, *Petro de Mornay*, Chivaler, *Francisco de l'Hopital*, Chivaler, *Francisco de Grignaus*, Chivaler, & Magistro *Petro Sauvage* officiariis & ministris Ducis *Aurelianensis*, veniendis in *Angliam* penes præsentiam suam ad communicandum secum. Teste Rege apud *Westminster* 21. Maii.

Salvus conductus pro *Johanne Marchant*, prisonario *Willelmi Mering*, Chivaler, & *Willelmi Burgoigne*, versùs partes *Aurelianenses* transeundo pro finantia sua. Teste ut suprà 15. Junii.

De officio ballivi dominii nostri de *Marque*, & septem parochiarum eidem dominio pertinentium, concesso *Johanni Parke*. Teste ut suprà.

Rex constituit *Humfridum* Ducem *Glouceſtriæ*, Capitaneum castri de *Guisnes*, & concessit decimas, &c. de *Fruten*, *Calkwell*, *Galymot*, *Ostrewyk* *Bolynton*, &c. Teste ut suprà 8. Maii.

Literas de generali attornatu habent subscripti, qui ad partes transmarinas profecturi sunt, videlicet,

Thomas de Rempston, Chivaler. Teste ut suprà 8. Julii.

Johannes Dux *Bedford*. Teste ut suprà 2. Maii.

Walterus Hungerford, Miles, ad partes transmarinas profecturus, habet literas de protectione. Teste ut suprà 8. Julii.

Membrana 12.

Rex concessit *Willelmo Fitz Harry*, officium Capitanei castri de *Merk*, in partibus *Calesiæ*. Teste ut suprà 9. Maii.

Salvus conductus pro *Johanne de Mory*, nuper prisonario Regis, transeundo versùs partes suas pro finantia sua. Teste ut suprà 12. Junii.

Consimiles literas de salvo conductu habent subcripti, videlicet,

Johannes Mursant.
Rouset de Bausat.
Petrus de Giresme.
Johannes Bataille.
Simon de Givry.
Johannes de Cramaille, Chivaler.
Jacobus Das.
Neyn Deseve.
Laurentius de Muret.
Adam de Meurs.
Dionysius de Bausou.
Reginaldus de Gorges.
Henricus Bridas.
Rolandus de Chielle.
Johannes l'Espinasse.
Reginaldus d'Aubigny.
Percivallus de Courtignon.
Johannes Paulin.
Johannes Auchier.
Adam de Cuise.
Petrus de Trossy.
Willelmus Carugny.
Johannes de Cordon.
Johannes de Crony.
Johannes de Fresnay.
Johannes de Sercuiller.
Bastardus de Montenay.
Johannes Legoz.
Philippus Malet, Chivaler.

Digitized by Google

An. Dom. 1422. 1423.

Johannes Wrougton, Armiger, qui versùs partes transmarinas profecturus est, habet literas de generali attornatu. Teste Rege apud *Westminster* 12. Junii.

Robertus Louvel de *Rammesham* in comitatu *Dorset* Armiger, qui versùs partes de *Guisnes* profecturus est, habet literas de protectione. Teste ut suprà 14. Julii.

Membrana 11.

Salvus conductus pro *Florimont de Sully*, prisonario, versùs partes suas transeundo pro finantia sua. Teste ut suprà 13 Julii.

Consimiles literas de salvo conductu habent subscripti, videlicet,

Guillot de Themericourt.
Guillelmus de Bussy.
Johannes de Bussy.
Hemery Bonyer.
Guillelmus l'Empereur.
Le Galois.
Jehan de Leschée, dit *Galet.*
Milet des Jardins.
Regnault Courtemouche.
Jehan le Barrois.
Estienne de Posne.
Guillelmus Dorly.
Jehan de Halot.
Estienne Vaillant.
Simon du Mont.
Jehan Bonyer.
Jehan Belin.
Jehan Borris.
Jehan Tardieu.
Jehan Gosse.
Mahiet Noel.
Jehan Dubois.
Lorin Pemer.
Gonterot de Saint Pierre.
Pierre Cann.
Jehan de Fougeres.
Oudin le Coire.
Jehan Prin.
Jehan Reignault.
Jehan de Galardon.
Jaquet Oudet.
Guillaume Oudet.
Sane Carbarennes.
Jehan le Breton.
Henri le Gentil.
Pierre Dalby.
Oliver le Moignon.
Guillaume de la Chaise.
Rogerin le Droüain.
Jehan Louys.
Robert Rancot.
Pierre Royere.
Simon Danelieu.
Jehan Waren.
Jamet Terasse.
Jehan de Pugny.
Pierre Cuillebanc.
Hector de Rubien.
André de Clermont.
Pierre de Magny.
Jaquetin de Marseilles.
Bourdet de Vallée.
Jaques de Hesques.
Jehan Vooquel.
Jehan Prieur.
Jehan Olivier.
Richard le Breton.
Guillaume Hauteville.
Josselin de la Rue.
Raoulin le Picart.
Raoulet de Sernon.
Thibaut Lovet.
Pierre de la Coste.
Pereton de la Serne.
Pierre de Coursson.
Jehan de Boscambart.
Jehan de Berthemont.
Guillaume Gastinois.
Marc de Redes.
Jehan Fessel.
Imbert Chivaler.
Henri des Mares.
Colin le Veau.
Gabriel de Marseilles.
Gilot de Breuil.
Ginet de Munoy.
Denis Getterrier.
Robinet Boucart.
Jehan Cornouaille.
Conserve de Gargadone.
Jehan de Tren.
Robinet Paumer.
Guillaume Chastellain.
Colin le Viernancier.
Perrin Duron.
Jehan de Genleu.
Jehan Tribalet.
Bandichon de Lyon.
Simon de Conce.
Pierre de la Roche.
Guillem du Fossé.
Jehan Adverdyn.
Pierre Thibaut.
Simon du Moulin.
Oudin de Chanoigne.
Drouet Guedier.
Thomas Neryot.
Jehan le Bourbonnois.
Denys le Malay.
Denis de Senlis.

Digitized by Google

Robert de Vaucorbeil. *Jehan Choiſeul.*
Geoffroy Poignant. *Jaquet Guezart.*
Jehan de Pleſſier. *Jehan Royet.*

Membrana 10.

De officio carpentarii operationum Regis, conceſſo *Johanni Fullour.* Teſte apud *Weſtminſter* 2. Septembris.

Salvus conductus pro *Johanne de Braquemont*, Milite, ſub obedientia Regis versùs regnum *Iſpaniæ* tranſeundo. Teſte ut ſuprà 30. Octobris.

Salvus conductus pro *Nicholao de Heſtroy*, Armigero, & *Reginaldo Hue*, capellano in regnum *Angliæ*, veniendis penes Dominum d'*Eſtouteville* ad portandum ſibi jocalia & aurum. Teſte ut ſuprà 4. Novembris.

Johannes Heygham qui versùs partes *Franciæ* in comitiva *Willelmi de la Pole* Comitis de *Suffolc*, Admiralli *Normanniæ*. Teſte ut ſuprà 8. Novembris.

Membrana 9.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia.* Teſte ut ſuprà 8. Novembris.

Salvus conductus pro *Lodowico* Comite de *Vendoſme*, versùs regnum *Franciæ* tranſeundo. Teſte ut ſuprà 28. Novembris.

Salvus conductus pro *Mayot de Vyan*, priſonario *Johannis Burton*, tranſeundo versùs partes tranſmarinas pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 8. Decembris.

Johannes Sutton Baro de *Duddeley*, qui ad partes *Picardiæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 20. Novembris.

De officio Magiſtri lathomi operationum Regis apud *Caleſiam*, conceſſo *Willelmo Hokering.* Teſte ut ſuprà 18. Decembris.

De officio fabri *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Norman.* Teſte ut ſuprà.

Thomas Frampton Clericus, qui ad partes *Normanniæ* profecturus eſt in comitiva *Willelmi* Comitis de *Suffolc*, Gubernatoris baſſæ patriæ *Normanniæ*, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 24. Februarii.

Membrana 8.

Salvus conductus pro *Johanne Boucher* Theſaurario Ducis *Aurelianenſis*, Magiſtro *Hugone Perrier* Secretario, & aliis veniendis in *Angliam* cum finantia Comitis d'*Engouleſme.* Teſte Rege apud *Weſtminſter* 18. Decembris.

Salvus conductus pro *Johanne Vigier* ſerviente Ducis de *Bourbon*, & *Johanne Auſſent* ſerviente Comitis de *Eu*, versùs Dominos ſuos tranſeundis. Teſte ut ſuprà 22. Decembris.

Rex conſtituit *Ricardum Bokeland* Theſaurarium, proviſorem, &c. apud *Caleſiam.* Teſte ut ſuprà 18. Decembris.

Robertus Fliſp qui ad partes *Picardiæ* in comitiva *Ricardi Bokeland*, Capitanei caſtri de *Balingham* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 1. Februarii.

Conſimiles literas habet *Thomas Denny* de *Virley* in comitatu *Suſſex* Armiger, ad partes *Picardiæ* profecturus. Teſte ut ſuprà 10. Februarii.

Membrana 7.

Ricardus Wright Mercator, qui versùs partes *Normanniæ* profecturus eſt in comitiva *Radulfi Butiller*, Militis, Capitanei caſtri de *Arons* in *Normannia*, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 27. Novembris.

Conſimiles literas habet *Johannes Kent*, Armiger, qui in comitiva Ducis *Glouceſtriæ*, Capitanei caſtri de *Guiſnes* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 15. Januarii.

Ricardus Heyman executor teſtamenti *Johannis Lardyner*, Armigeri, nuper Capitanei caſtri de *Oye*, qui versùs eaſdem partes profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 25. Januarii.

Rex conceſſit *Ricardo Curſon*, Armigero, cuſtodiam caſtri de *Sandegate* in marchiis *Picardiæ*. Teſte ut ſuprà 4. Februarii.

Salvus conductus pro *Olivero Maneyfyn*, priſonario *Chriſtoferi de Preſton*, versùs partes *Franciæ* tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 12. Februarii.

Digitized by Google

Membrana 6.

Salvus conductus pro *Jacobo Boucher* Thesaurario Ducis *Aurelianensis*, Magistro *Hugone Perrier*, & aliis veniendis in regnum *Angliæ*, ad prosequendum certa negotia ejusdem Ducis. Teste Rege apud *Westminster* 1. Februarii.

Consimiles literas de salvo conductu habent *Willelmus Cousinot* Cancellarius Ducis *Aurelianensis*, Abbas de *Sancto Lemero de Blois*, *Antonius de Blansault*, *Franciscus de l'Hospital*, *Franciscus de Gruginals*, *Karolus de Giresme*, Milites, & Magister *Petrus Sauvage* Secretarius ejusdem Ducis veniendi in *Angliam*, ad tractandum cum Concilio Regis pro certis materiis præfatum Ducem tangentibus. Teste ut suprà.

Johannes Prydeaux, Armiger, qui in comitiva *Johannis Robessart*, Militis, Capitanei castri de *Saint Sauveur le Viscont* moratur, habet literas de protectione. Teste ut suprà 15. Februarii.

Consimiles literas habet *Edgarus Eton*, Armiger, qui versùs partes transmarinas profecturus est. Teste ut suprà 12. Februarii.

Johannes Comeland de *Nova Sarum*, qui in comitiva *Walteri Hungerford* Capitanei castri de *Cherbourg* moratur, habet literas de protectione. Teste ut suprà. 17. Februarii.

Consimiles literas habet *Willelmus Cheyne*, qui in comitiva *Ricardi Wydeville*, Armigeri, Senescalli *Normanniæ*, ac Capitanei castri de *Caen* moratur, habet literas de protectione. Teste ut suprà.

Johannes Kyderowe, Miles, qui ad partes transmarinas profecturus est, habet literas de protectione. Teste ut suprà 21. Februarii.

De confirmatione pro *Radulfo Rochefort*, Milite, de custodia castri de *Hammes*. Teste ut suprà 3. Februarii.

Membrana 5.

Salvus conductus pro *Simone Damlieu* plegio *Roberti Scot*, Armigeri, Locumtenentis Turris de *London*, pro aliis prisonariis qui deliberati existunt, versùs partes suas pro finantia sua transeundo. Teste ut suprà 11. Februarii.

Consimiles literas habent subscripti, videlicet,

Johannes Choiseul.	*Gabriel de Marseilles.*
Guyot de Pronne.	*Pereton de la Servoise.*
Willelmus de Fosse.	*Petrus Dalby.*
	Simon de Comites.

Robertus Tregau, Armiger, ad partes transmarinas profecturus, habet literas de protectione. Teste Rege apud *Westminster* 25. Februarii.

Salvus conductus pro *Johanne de Gargeys*, prisonarii *Christoferi de Preston*, versùs partes *Franciæ* transeundo pro finantia sua. Teste ut suprà 22. Februarii.

Rex assignavit *Robertum de Willoughby* & *Thomam Ponynges*, ad regendum & ducendum quadringentos homines ad arma & mille & ducentos sagittarios ad præsentiam *Johannis* Ducis de *Bedford* Regentis *Franciæ*. Teste ut suprà 11. Maii.

Membrana 4.

Literas de generali attornatu habent subscripti, qui ad partes transmarinas profecturi sunt, videlicet,

Robertus de Wilughby Dominus de *Eresby*, Miles. Teste ut suprà.

Johannes Dux *Bedford*. Teste ut suprà 2. Maii.

Willelmus de Torbok, Armiger. Teste ut suprà 5. Maii.

Robertus Poyninges, Miles. Teste ut suprà 6. Maii.

De inquirendo apud *Calesiam* de quindecim sarpleris lanarum, quas *Thomas* nuper Comes de *Arundel* Thesaurarius *Angliæ*, extra domos *Willelmi Flete* fractas capi fecit. Teste ut suprà 20. Decembris.

De confirmatione pro *Johanne Mongomery*, de officio Ballivi Skivenagii villæ *Calesiæ*. Teste ut suprà 11. Julii.

Johannes Field, Armiger, qui in comitiva *Ricardi de Bello-Campo* Comitis de *Warwic*, Capitanei villæ *Calesiæ* moratur, habet literas de protectione. Teste ut suprà 2. Julii.

Digitized by Google

An. Dom. 1422. 1423.

Membrana 3.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui ad partes *Franciæ* profecturi ſunt, videlicet,
Ricardus Wallere, Armiger. } Teſte ut ſuprà 5. Junii.
Edmundus Heron, Miles. }
Salvus conductus pro *Johanne de le Torin* priſonario *Chriſtoferi Preſton*, versùs partes *Franciæ* tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 6. Julii.
Rex conceſſit *Roberto Cheldeſworth*, officium Ballivi villæ de *Sandewich*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 15. Julii.

Membrana 2.

Salvus conductus pro Comite de *Vendoſme*, ad partes ſuas proprias tranſeundo pro finantia ſua. Teſte Rege ut ſuprà 15. Julii.
Salvus conductus pro *Johanne Vauliet* priſonario *Roberti Scot*, Armigeri, tranſeundo versùs regnum *Franciæ* tam pro finantia ſua, quàm pro finantia quatuor aliarum perſonarum in regno *Angliæ* exiſtentium priſonariorum. Teſte ut ſuprà 8. Julii.
Conſimiles literas de ſalvo conductu habent ſubſcripti,
Baudet de la Vallée.
Simon Demlieu.

Membrana 1.

De officio Cuſtumarii ad portam villæ *Caleſiæ* vocatam le *Lanterneyate*, conceſſo *Ricardo Snellyng*. Teſte ut ſuprà 15. Julii.
Pro Epiſcopo *Wintonienſi* ad recipiendum ſubſidium lanarum, &c. pro reſolutione ſummæ mutuatæ Regi per eum. Teſte ut ſuprà 20. Julii.

An. Dom. 1423. 1424.

Rotulus Franciæ de anno 2. Henrici VI.

Membrana 10.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,
Egidius Thorndon, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. Octobris.
Robert Flyſſp, Armiger. Teſte ut ſuprà 8. Octobris.
Thomas Burgh, Armiger. Teſte ut ſuprà 24. Septembris.
Arnaldus de Gent, Armiger. Teſte ut ſuprà 16. Octobris.
Literas de protectione habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.
Henricus Mulsho, Armiger. Teſte ut ſuprà 17. Octobris.
Johannes Kyghley, Miles. Teſte ut ſuprà 18. Octobris.
Ricardus Drayton, Armiger. Teſte ut ſuprà 19. Octobris.
Salvus conductus pro *Johanne de Meſnil*, priſonario *Nicholai Thorley*, extra regum *Angliæ* pro finantia ſua tranſeundo. Teſte ut ſuprà 20. Octobris.
Salvus conductus pro *Petro Gonzelles* & aliis ſervientibus Comitis de *Vendoſme*, veniendis in *Angliam*. Teſte ut ſuprà.

Membrana 9.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.
Nicholaus Thorley, Armiger. Teſte ut ſuprà 17. Octobris.
Willelmus de la Pole Comes *Suffolc*. Teſte ut ſuprà 30. Novembris.
Thomas Seintclere, Armiger. Teſte ut ſuprà 1. Decembris.
Literas de protectione habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.
Ricardus Chamberleyn, Armiger. Teſte ut ſuprà 27. Januarii.
Johannes Stanlow, Armiger. Teſte ut ſuprà 24. Januarii.
Salvus conductus pro *Johanne Tardieu* priſonario *Roberti Scot*, Armigeri, versùs regnum *Franciæ* tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 26. Novembris.
Conſimiles literas de ſalvo conductu habent ſubſcripti, videlicet,

Digitized by Google

AN. DOM. 1423. 1424.

Petrus Royer. *Simon Donclieu.*
Jaquet Endet. *Simon de Mont.*
Simon de Conces. *Baudet de la Vallée.*
Johannes de Buſſy. *Petrus Baſtard.*
Martinus Daouſt.

Salvus conductus pro *Nicholao Dutrehay* & *Reginaldo Hue* Preſbytero, veniendis in *Angliam* ad portandum Domino d'*Eſtouteville* priſonario, aurum, argentum & alia neceſſaria. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. Novembris.

Conſimilis conductus pro *Simoni de Cources* & aliis veniendis in *Angliam*, ad portandum aurum, &c. Domino de *Gaucourt* priſonario. Teſte ut ſuprà.

De requeſtu ex parte *Roberti Hungerford*, Armigeri, tranſeundi versùs *Terram Sanctam*, causâ peregrinationis. Data in Palatio noſtro de *Weſtminſter*, ſub magni Sigilli noſtri teſtimonio 12. die Januarii.

Membrana 8.

Salvus conductus ad requiſitionem Ducis *Aurelianenſis* pro Magiſtro *Willelmo Couſinot* Cancellario de *Orleans*, & aliis veniendis in *Angliam* pro certis negotiis Regi & Concilio ſuo monſtrandis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 10. Januarii.

Literas de generali attornatu habet *Johannes Peche*, de comitatu *Kantiæ*, qui de licentia Regis versùs *Terram Sanctam* peregrè profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 15. Januarii.

Conſimiles literas habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Ricardus Chamberleyn, Armiger. Teſte ut ſuprà 24. Januarii.
Thomas Burgh, Armiger. Teſte ut ſuprà 6. Februarii.

Ricardus Weſton, qui in comitiva *Johannis* Ducis *Bedford* Regentis *Franciæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 5. Februarii.

Membrana 7.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.

Thomas Barneby, Armiger, Conſtabularius *Burdegalæ*. Teſte ut ſuprà 29. Januarii.
Johannes Holand Comes *Huntingdon*. Teſte ut ſuprà 30. Januarii.
Matthæus Ford, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 27. Januarii.
Henricus Fowler, Armiger. Teſte ut ſuprà 28. Januarii.
Thomas Seintcler, Armiger. Teſte ut ſuprà 11. Januarii.
Nicholaus Thorley, Armiger. Teſte ut ſuprà 4. Februarii.
Alanus Buxhulle, Miles. Teſte ut ſuprà 8. Februarii.
Lambertus Makney, Armiger. Teſte ut ſuprà 12. Februarii.
Johannes Dux *Bedford* Regens *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 9. Februarii.

Johannes de Sutton, Chivaler, qui in comitiva Ducis *Exoniæ*, Capitanei villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 13. Martii.

Rex conſtituit *Johannem Parke* Scrutatorem inter villam *Caleſiæ* & villam de *Gravelynges*. Teſte ut ſuprà 12. Februarii.

Rex conſtituit *Ricardum* Comitem de *Warwic* Capitaneum villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 1. Martii

Rex conſtituit eundem *Ricardum* Locumtenentem ejuſdem villæ. Teſte ut ſuprà.

Membrana 6.

Salvus conductus pro *Fleurentin Dylers*, Milite, priſonario *Johannis Burton de Briſtol*, versùs partes *Franciæ* pro finantia ſua tranſeundo. Teſte ut ſuprà 10. Martii.

Salvus conductus pro *Petro Sauvage* Conſiliario Ducis *Aurelianenſis*, versùs partes *Franciæ* ad præſentiam *Johannis* Ducis *Bedford*, Regentis ibidem tranſeundo, Teſte ut ſuprà 28. Martii.

Membrana 5.

Literas de protectione habent ſubſcripti, videlicet,

Johannes Dunhed, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 23. Aprilis.

Digitized by Google

AN. DOM. 1423. 1424.

Johannes Pynkeſton, Armiger. Teſte ut ſuprà 6. Aprilis.
Johannes Kent, Armiger. Teſte ut ſuprà 2. Maii.
Johanes Grey, Miles. Teſte ut ſuprà 5. Maii.
Godefridus Hilton, Miles. Teſte ut ſuprà 4. Maii.
Johannes Bonevyll, Armiger. Teſte ut ſuprà 5. Maii.
Johannes Seintlowe, Armiger. Teſte ut ſuprà 11. Maii.

David Parker de *Wallia*, qui in comitiva *Johannis de Burgh*, Armigeri, Ballivi & Capitanei caſtri & villæ de *Vernon* ſur *Seyne*, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 7. Maii.

Johannes Saxy perſona, &c. qui in comitiva *Radulfi Botiler* Armigeri, Capitanei caſtri de *Arques*, in partibus *Normanniæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 22. Aprilis.

Thomas Dove, Armiger, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet liras de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 8. Maii.

Salvus conductus pro *Johanne Dauxere* & aliis veniendis in *Angliam* cum finantia *Petri de Nantouillet* priſonarii *Johannis Langley* de *Briſtol* mercatoris. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 9. Maii.

Membrana 4.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,
Johannes Beauchamp, Miles. Teſte ut ſuprà 19. Maii.
Edmundus Cheyne, Armiger. Teſte ut ſuprà 16. Maii.
Rogerus Fenys, Miles. Teſte ut ſuprà 26. Aprilis.
Walterus Poole, Miles, qui in ambaſſiata ad Curiam *Romanam* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 9. Junii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.
Johannes Bourgh, Armiger. Teſte ut ſuprà 23. Maii.
Johannes Parker de Cheſthunt, Armiger. Teſte ut ſuprà 6. Junii.

Membrana 3.

Salvus conductus pro mercatoribus de *Florentia*. Teſte ut ſuprà 15. Junii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.
Johannes Hayteſley de comitatu *Kantiæ*, Armiger. Teſte ut ſuprà 16. Maii.
Johannes Holand, Miles. Teſte ut ſuprà 2. Maii.
Johannes Clifton, de comitatu *Norfolc* Chivaler. Teſte ut ſuprà 24. Maii.
Johannes filius *Willelmi Bonevyll*, Chivaler. Teſte ut ſuprà 7. Julii.

Thomas Saintleger Armiger, versùs partes tranſmarinas profecturus, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 24. Junii.

Membrana 2.

Johannes Smyth, qui in comitiva *Lanceloti de Liſle*, Militis, moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 8. Maii.

Salvus conductus pro *Paſcaloto de Valence* de *Francia*, priſonario *Johannis Hertewell* civis de *London*, veniendo in *Angliam* cum finantia ſua. Teſte ut ſuprà 15. Julii.

Salvus conductus pro *Johanne de Conces* de *Minguet*, Armigero, & *Willelmo Bellier*, Armigero, veniendis in Ducatum *Normanniæ*, ad tractandum ſuper deliberatione Comitis de *Huntingdon*, & Dominorum d'*Eſtouteville* & de *Gaucourt*. Teſte ut ſuprà 10. Julii.

Salvus conductus pro *Lodowico de Bourbon* Comite de *Vendoſme* Milite, & aliis, ad conducendum Comitem de *Huntingdon* uſque ad marchiam de obedientia Regis. Teſte ut ſuprà.

Salvus conductus pro *Radulfo* Domino de *Gaucourt*, versùs partes *Franciæ* tranſeundo. Teſte ut ſuprà.

Membrana 1.

Commiſſio pro Abbate de *Bello-loco*, *Waltero Pole*, Milite, & Magiſtro *Johanne Blodwell*, ad tractandum cum *Alfonſo* Rege *Aragoniæ* de confœderationibus. Teſte ut ſuprà. 1. Maii.

Willelmus

Digitized by Google

AN. DOM. 1423. 1424.

Willelmus Sharp Vitellarius caſtri de *Fronſac*, qui in comitiva *Johannis Radclyf*, Militis, Capitanei ibidem moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 9. Julii.

Conſimiles literas habet *Johannes Everdon*, qui in comitiva *Radulfi Botiller*, Militis, Capitanei villæ de *Crotoy*, moratur. Teſte ut ſuprà 26. Julii.

Salvus conductus pro *Deniſot Roger* de *Francia*, veniendo in *Angliam* pro negotiis concernentibus deliberationem Comitis de *Huntingdon*. Teſte ut ſuprà 24. Auguſti.

Thomas Coneſtable de *Cateſoſſe*, Armiger, versùs partes tranſmarinas, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 20. Junii.

AN. DOM. 1425. 1426.

Rotulus Franciæ de anno 4. Henrici VI.

Membrana 9.

WIllelmus *Hacomblen*, qui in comitiva *Thomæ* Ducis *Exoniæ*, Capitanei caſtri *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 17. Septembris.

Johannes Hide Armorier de *London*, qui in comitiva *Ricardi* Comitis de *Warwic*, Capitanei villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 26. Octobris.

Conſimiles literas habet *Willelmus Laurence*, Armiger, qui in comitiva *Johannis* Ducis de *Bedford* Regentis *Franciæ*, moratur. Teſte ut ſuprà 17. Januarii.

Membrana 8.

Salvus conductus pro Serviente Ducis *Aurelianenſis*, ad partes ſuas proprias redeundo. Teſte ut ſuprà 8. Februarii.

Salvus conductus pro *Johanne Beaupol* de Ducatu *Aquitaniæ*, veniendo in *Angliam* ad proſequendum certas materias coram concilio Regis. Teſte Rege apud *Northampton* 13. Februarii.

Conſimilis conductus pro *Johanne de Bretagne* fratre germano *Oliveri* Comitis de *Penthievre*, veniendo coram concilio Regis tam in *Francia*, quàm in *Anglia*. Teſte Rege apud *Leyceſter* 16. Martii.

Conſimiles literas habet Comes de *Penthievre*, ſub eadem data.

Salvus conductus pro Magiſtro *Oudart Cleppier* Conſiliario Ducis de *Bourbon*, veniendo in *Angliam* penes Executores teſtamenti Patris Regis pro certis negotiis agendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 23. Januarii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Matthæus Ford, Armiger. Teſte ut ſuprà 1. Februarii.

Willelmus de la Pole Comes *Suffolc*, Cuſtos baſſæ marchiæ *Normanniæ*. Teſte ut ſuprà 5. Februarii.

Reſe ap Madoc, Armiger. Teſte ut ſuprà 7. Februarii.

Ricardus Cumberton, Armiger. Teſte ut ſuprà 22. Martii.

Rogerus Aunger, Armiger. Teſte ut ſuprà 23. Januarii.

Johannes Gayton, Armiger. Teſte Rege apud *Leyceſter* 26. Maii.

Thomas atte Bregge de *Langthorn* in comitatu *Suſſex*, qui moratur in comitiva *Johannis Pelham*, Militis, Capitanei caſtri & villæ de *Gournay*. Teſte ut ſuprà 5. Martii.

Membrana 7.

Salvus conductus pro Servientibus Ducis *Burgundiæ*, veniendis in *Angliam* penes Regem. Teſte Rege apud *Leiceſter* 12. Martii.

Salvus conductus pro Comite de *Neble*, ad inveniendum quandam ſecuritatem coram Rege in Cancellaria ſua. Teſte ut ſuprà 18. Martii.

Salvus conductus pro Serviente *Caroli* Comitis de *Eu* priſonarii Regis, tranſeundo in regnum *Franciæ* ad acquirendum monetam pro rebus neceſſariis dicti *Caroli*. Teſte ut ſuprà 10. Martii.

Ricardus de Bello-campo Comes de *Warwic*, qui ſuper ſalva cuſtodia villæ *Caleſiæ*

Digitized by Google

An. Dom. 1425. 1426.

moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 21. Aprilis.

Membrana 6.

De tranſire permittendo *Willelmum Bowes*, Militem, qui de licentia Regis, versùs *Terram Sanctam* peregrè profecturus eſt. Teſte Rege apud caſtrum de 30. Aprilis.

De licentia danda de arcubus & ſagittis eskippandis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 16. Julii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Johannes Kyderowe, Miles. Teſte ut ſuprà 4. Julii.

Hamo Belknap, Armiger. Teſte ut ſuprà 8. Julii.

Johannes Verſey, qui in comitiva *Thomæ Bourgh*, Armigeri, Capitanei villæ de *Avranches*, moratur. Teſte ut ſuprà 13. Julii.

Johannes Montgomery, Miles, habet literas de generali attornatu, &c. Teſte ut ſuprà 19. Julii.

Membrana 5.

De juſtitia facienda *Flandrenſibus* contra *Anglicos* pro priſis & dampnis. Teſte ut ſuprà 17. Julii.

Membrana 4.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 15. Junii.

Membrana 3.

Ricardus Chamberlayne, Armiger, qui in comitiva *Johannis* Ducis de *Bedford*, Regentis *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 7. Julii.

Pro Theſaurario *Caleſiæ* ad recipiendum ſubſidium lanarum, &c. Teſte ut ſuprà 25. Julii.

Membrana 2.

De ſumma decem millium marcarum ſolvenda ſoldariis *Caleſiæ*, de prima ſolutione facta de finantia Regis *Scotorum*. Teſte ut ſuprà 25. Julii.

Salvus conductus pro *Johanne de Chabanes*, Armigero, veniendo in *Angliam* ad deferendum aurum *Johanni Cornwaille*, Militi, pro finantia Domini de *Gaucourt* priſonario ejuſdem *Johannis*. Teſte ut ſuprà 27. Junii.

Henricus Fowler, Armiger, qui ad regnum *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 1. Maii.

Johannes de Paſsheley, Chivaler, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 16. Auguſti.

Membrana 1.

Salvus conductus pro *Johanne de Rochechouart* Domino de *Mortemar*, Milite, & aliis veniendis in *Angliam* ad communicandum cum Duce *Aureliani* priſonario ſuper certis negotiis ipſius Ducis. Teſte Rege apud *Glouceſtre* 7. Auguſti.

Ricardus Stafford, Chivaler, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte Rege apud *Glouceſtre* 7. Auguſti.

An. Dom. 1426. 1427.

Rotulus Franciæ de anno 5. Henrici VI.

Membrana 18.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Thomas Blount, Miles. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 17. Septembris.

Johannes Courſon de comitatu *Derby*, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 9. Octobris.

Thomas Jaac, Armiger. Teſte ut ſuprà 17. Novembris.

Digitized by Google

AN. DOM. 1426. 1427.

Thomas Ingloſe de *Denham*, in comitatu *Norfolc* Miles. Teſte ut ſuprà 25. Octobris.

Willelmus Boys de *Burneham*, in comitatu *Bucks* Armiger. Teſte ut ſuprà 13. Januarii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.

Johannes Beauchamp, Miles. Teſte ut ſuprà 15. Octobris.

Alanus Buxhull, Miles. Teſte ut ſuprà 3. Decembris.

Salvus conductus pro *Touſſaints de Chaſtel*, priſonario *Chriſtoferi de Preſton*, versùs regnum *Franciæ* tranſeundo. Teſte ut ſuprà 10. Januarii.

Membrana 17.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.

Thomas Hatfeld, Armiger. Teſte ut ſuprà 22. Octobris.

Thomas Scarlet, Armiger. Teſte ut ſuprà 25. Octobris.

Edmundus Cornewaill, Armiger. Teſte ut ſuprà 20. Decembris.

Johannes Gernoon, Armiger. Teſte ut ſuprà 3. Januarii.

Johannes Marchaunte, de comitatu *Kantiæ* Gentilman. Teſte ut ſuprà 16. Januarii.

Salvus conductus pro *Johanne Joſſe* Joce de *Britannia*, priſonario *Willelmi de Ford* tranſeundo versùs partes *Britanniæ* pro redemptione ſua. Teſte ut ſuprà 16. Decembris.

Membrana 16.

Salvus conductus pro *Johanne le Mercier* valetto Cameræ Ducis *Aureliæ*, & aliis versùs locum *Aureliæ* pro deliberatione *Johannis le Gouppill*, priſonarii, ibidem tranſeundis. Teſte ut ſuprà 16. Januarii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Willelmus Plumpton de comitatu *Eborum*, Armiger. Teſte ut ſuprà 27. Januarii.

Henricus Huſey, Miles. Teſte ut ſuprà 28. Januarii.

Johannes Shardelowe, Miles. Teſte ut ſuprà 5. Februarii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.

Makelinus Walwayne, Armiger. Teſte ut ſuprà 10. Februarii.

Membrana 15.

Michael Thorp de *Gippewico* (*Ipſwich*) in comitatu *Suffolc* generoſus. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. Februarii.

Johannes Weſtwode Stonham Jernegan de comitatu *Suffolc* generoſus. Teſte ut ſuprà.

Henricus Bourgchier, Armiger. Teſte ut ſuprà.

Beatrix Comitiſſa de *Arundel*. Teſte ut ſuprà 11. Februarii.

Rex conceſſit *Johanni Damfreville* hereditates infra regnum *Franciæ*, quæ fuerunt patris ſui. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. Februarii.

Membrana 14.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.

Rogerus de Camoys, Chivaler. Teſte ut ſuprà 14. Februarii.

Willelmus Clynton, Chivaler. Teſte ut ſuprà 15. Februarii.

Robertus Harlyng, Miles. Teſte ut ſuprà 16. Februarii.

Thomas Beaumont Chivaler, aliàs dictus *Thomas Bealmont* Chivaler, aliàs dictus *Thomas Bealmount* Chivaler, aliàs dictus *Thomas de Bello-Monte* Chivaler, aliàs dictus *Thomas Beaumond* Chivaler, aliàs dictus *Thomas Bealmond* Chivaler, aliàs dictus *Thomas Beamont de Overton* in comitatu de *Leiceſter* Chivaler, aliàs dictus *Thomas Beaumonde* de *Overton* in comitatu de *Leiceſter* Miles, aliàs dictus *Thomas Bealemont* Chivaler, aliàs dictus *Thomas Belemont* Chivaler, aliàs dictus *Thomas Belemond* Chivaler, aliàs dictus *Thomas Belemound* Chivaler, in partes tranſmarinas profecturus, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà.

Conſimiles literas habent ſubſcripti, videlicet,

Johannes Seint Lo, Armiger. Teſte ut ſuprà 7. Februarii.

Willelmus Dominus de *Clynton*. Teſte ut ſuprà 14. Februarii.

Digitized by Google

An. Dom. 1426. 1427.

Petrus Horneby, Armiger. Teſte ut ſuprà 17. Februarii.
Johannes Faſtolfe, Miles de *Caſtro* juxta *Magnam Jernemuth* (*Yarmouth*) in comitatu *Norfolc.* Teſte ut ſuprà 18. Februarii.

Salvus conductus pro *Petit de Clareux*, priſonario *Willelmi Warbleton*, Armigeri, versùs partes proprias tranſeundo pro finantia ſua. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. Februarii.

Rex ſubditis inſularum de *Jereſey*, *Guernеſey*, *Serk* & *Aureney*, de intendendo *Johanni* Duci de *Bedford*, tanquam Domino veſtro inſularum prædictarum. Teſte ut ſuprà 11. Februarii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,
Johannes Cumland de comitatu *Dorſet* generoſus. Teſte ut ſuprà 10. Februarii.
Gilbertus Halſale, Miles. Teſte ut ſuprà 5. Februarii.
Thomas Chaucer, Armiger. Teſte ut ſuprà 14. Februarii.

Membrana 12.

De præſentatione ad Eccleſiam *Beatæ Mariæ Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 1. Martii.

Hugo de Anneſley de *Rodyngton*, in comitatu *Notingham* Miles, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 19. Februarii.

Membrana 11.

Pro Theſaurario *Caleſiæ* ad recipiendum ſummam decem millium marcarum pro ſolutione ſoldariorum ibidem. Teſte Rege apud *Cantuariam* 8. Martii.

Edmundus Beaufort, Miles, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. Martii.

Membrana 10.

Salvus conductus pro *Olivero de Broun*, versùs *Johannem* Ducem de *Bedford*, Regentem *Franciæ*, tranſeundo pro ſuis negotiis agendis. Teſte ut ſuprà 20. Februarii.

Thomas Chaucer, Armiger, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 18. Februarii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,
Laurentius Mortymer, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. Februarii.
Willelmus Wykeham de comitatu *Oxon*, Armiger. Teſte ut ſuprà 17. Februarii.
Johannes Fitz Symond, Armiger. Teſte ut ſuprà 27. Februarii.
Robertus Markeham, de comitatu *Notingham* Armiger. Teſte Rege apud civitatem *Cantuariæ* 12. Martii.
Willelmus filius *Johannis de Dalby* nuper de *Kibworth*, in comitatu de *Leiceſter* generoſus. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 23. Februarii.

Membrana 9.

De requeſtu ex parte Magiſtri *Willelmi Lyndewood*, & *Johannis Tyrell*, Armigeri, ad partes *Hollandiæ* & *Zelandiæ* tranſeundorum pro certis negotiis Regis expediendis. Teſte ut ſuprà 11. Martii.

Membrana 8.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.
Johannes Dux *Bedford.* Teſte Rege apud *Cantuariam* 19. Martii.
Edwardus Stradling, Miles. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. Martii.
Willelmus Bishopeſton, Miles. Teſte ut ſuprà 13. Februarii.

Membrana 7.

Henricus Fouler, Armiger. Teſte ut ſuprà 18. Februarii.
Henricus Ingloſe, Chivaler. Teſte ut ſuprà 19. Maii.
Mauritius Berkley, Chivaler. Teſte ut ſuprà 26. Maii.
Willelmus Molyns, Miles. Teſte ut ſuprà 4. Junii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.

Digitized by Google

Johannes Bourghope, Armiger. Teſte ut ſuprà 14. Maii.
Ricardus Wydeville, Armiger. Teſte ut ſuprà 28. Junii.
De licentia danda *Johanni* Duci de *Bedford*, ad tranſportandum centum *Foders* plumbi in regnum *Franciæ* pro reparatione caſtrorum, &c. Teſte ut ſuprà 30. Maii.

Membrana 6.

Johannes Dominus de *Talbot*, qui in partibus *Franciæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. Maii.
Salvus conductus pro ſervientibus Domini d'*Eſtouteville*, & Domini de *Gaucourt* versùs regnum *Franciæ* tranſeundis pro finantia dictorum dominorum. Teſte ut ſuprà 29. Maii.
Salvus conductus pro *Roberto de Prianne*, *Johanne de Liſcouet*, & aliis Armigeris & ſervitoribus *Petri de Reux*, veniendis in *Angliam* cum auro & argento penes præfatum *Petrum*. Teſte ut ſuprà.
Salvus conductus pro ſerviente *Willelmi Botiller* de *Francia*, versùs regnum *Franciæ* tranſeundo pro finantia dicti *Willelmi*. Teſte ut ſuprà 1. Junii.
Salvus conductus pro *Johanne de Spinay*, Milite, Domino de *Sancto Prieto*, veniendo in *Angliam*. Teſte ut ſuprà 26. Junii

Membrana 5.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,
Nicholaus Doraunt de *Washyngbourg*, in comitatu *Lincoln* generoſus. Teſte ut ſuprà 29. Maii.
Alanus Buxhull, Miles. Teſte ut ſuprà 28. Junii.
Henricus Fowler, Armiger. Teſte ut ſuprà 24. Maii.
Johannes Rewe de *Wellys*, in comitatu *Somerſet* generoſus. Teſte ut ſuprà 11. Maii.
Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte ut ſuprà 26. Junii.
Conſimilis conductus pro Mercatoribus de *Florentia*. Teſte ut ſuprà.

Membrana 4.

Literas de protectione habent ſubſcripti, videlicet,
Willelmus de la Pole Comes *Suffolc*. Teſte ut ſuprà 13. Julii.
Nicholaus Fitz William de *Waddeworth*, Armiger. Teſte ut ſuprà 8. Julii.

Membrana 3.

Pro Mercatoribus *Iſpaniæ* de inquirendo de nominibus illorum qui navem vocatam *la Marie de Bilbao*, cum bonis & mercandiſis ceperunt. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. Junii.
Conſimilis inqueſtus pro Mercatoribus de *Portugal*. Teſte ut ſuprà.
Thomas de Burgh, Armiger, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà.

Membrana 2.

De licentia danda *Thomæ Weſton* ad traducendum quingenta quarteria frumenti versùs quaſcunque partes ſibi placuerit. Teſte ut ſuprà 18. Julii.

Membrana 1.

Salvus conductus pro diverſis perſonis, miſſuris per Ducem *Burgundiæ* penes præſentiam Regis. Teſte ut ſuprà 19. Julii.
Thomas Letterford de comitatu *Bucks*, Armiger, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Cantuariam* 7. Martii.

Digitized by Google

AN. DOM. 1427. 1428.

Rotulus Franciæ de anno 6. Henrici VI.

Membrana 17.

DE licentia danda diverſis perſonis ad traducendum frumentum versùs partes tranſmarinas. Teſte Rege apud *Eborum* 8. Septembris.

Membrana 16.

De licentia traducendi peregrinos versùs *Sanctum Jacobum* in *Galiciis*. Teſte Rege apud *Fulham* 20. Aprilis.

Membrana 15.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui in comitiva *Johannis* Ducis de *Bedford*, Regentis *Franciæ* morantur, videlicet,

Johannes Dominus *Talbot*, & *Fournival*, Miles. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. Octobris.

Thomas Blount, Miles. Teſte ut ſuprà 24. Octobris.

Petrus Horneby, Armiger. Teſte ut ſuprà 22. Octobris.

Nicholaus Stokes de comitatu *Wigorn* generoſus. Teſte ut ſuprà 8. Novembris.

Edmundus Ferrers de *Northampton* generoſus. Teſte ut ſuprà 12. Novembris.

Willelmus Glacedale, Armiger. Teſte ut ſuprà 7. Februarii.

Salvus conductus pro *Petit de Clarence*, priſonario *Willelmi Warblerton*, Armigeri, veniendo in *Angliam* cum ducentis pipis vini ad finantiam ſuam præfato *Willelmo* ſolvendam. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. Octobris.

Membrana 14.

Salvus conductus pro ſervientibus Domini de *Gaucourt*, versùs regnum *Franciæ* tranſeundis pro finantia Domini prædicti. Teſte ut ſuprà 6. Novembris.

Conſimilis conductus pro ſervientibus Domini d'*Eſtouteville*. Teſte ut ſuprà.

Membrana 13.

Rex conceſſit *Johanni Styward*, Militi, cuſtodiam turris de *Ryſbanc* juxta villam *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. Novembris.

Idem *Johannes Styward* habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 5. Decembris.

Literas de protectione habent ſubſcripti, videlicet,

Willelmus Pirton, Armiger, qui in comitiva Ducis *Glouceſtriæ* moratur. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Novembris.

Johannes Beauchamp, Miles, qui in comitiva Ducis de *Bedford* Regentis *Franciæ* moratur. Teſte ut ſuprà 9. Februarii.

Johannes Fitz Symond, Armiger, qui in comitiva ejuſdem Ducis de *Bedford* moratur. Teſte ut ſuprà 16. Februarii.

Stephanus Hattefeld, Armiger, in comitiva ejuſdem Ducis. Teſte ut ſuprà 8. Maii.

Ricardus Cumberton, Armiger, qui in comitiva Ducis *Bedford* moratur. Teſte ut ſuprà 3. Maii.

Salvus conductus pro ſerviente Comitis de *Eu*, priſonarii Regis, veniendo in *Angliam* cum auro pro expenſis ipſius Comitis. Teſte Rege apud *Sunning* 16. Decembris.

Salvus conductus pro Conſiliario Ducis *Aurelianenſis* in regnum *Franciæ* tranſeundo. Teſte ut ſuprà.

Membrana 11.

De officio cuſtumarii & collectoris octo denariorum provenientium de pondere cujuſlibet ſacci lanæ & pellium lanutarum extra villam *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Hapesford*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 6. Martii.

Rex conceſſit *Ricardo Sturgeon*, Clerico de Corona, maneria cum pertinentiis ſituata juxta Eccleſiam *Sancti Petri* de villa de *Cadomo*, juxta pontem ejuſdem villæ. Teſte ut ſuprà 4. Martii.

Digitized by Google

AN. DOM. 1427. 1428.

Membrana 10.

Literas de protectione habent ſubſcripti qui in partibus *Franciæ* morantur, videlicet,

Ricardus Wytherton, Armiger. Teſte ut ſuprà 20. Februarii.

Radulfus Boteler, Miles. Teſte ut ſuprà 14. Februarii.

Johannes Montgomery, Miles. Teſte ut ſuprà 5. Martii.

Membrana 9.

Salvus conductus pro *Willelmo Belier*, Armigero, ſerviente Ducis *Aurelianenſis*, veniendo in *Angliam*. Teſte Rege apud *Fulham* 17. Februarii.

Johannes Hayteley, Armiger, qui in partibus *Franciæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 27. Aprilis.

Willelmus Drury, Miles, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 8. Maii.

Conſimiles literas habet *Arnaldus de Gent*, Chivaler, qui ad partes tranſmarinas profecturus eſt. Teſte ut ſuprà.

Membrana 8.

De licentia danda *Roberto Boner* ad traducendum ſexaginta peregrinos versùs *Sanctum Jacobum* in *Galiciis*. Teſte ut ſuprà 8. Aprilis.

Literas de protectione habent ſubſcripti qui in comitiva *Johannis* Ducis *Bedford*, Regentis *Franciæ* morantur, videlicet,

Rogerus Chamberlayne de comitatu *Suffolc*, Armiger. Teſte ut ſuprà 5. Martii.

Johannes Bernard, Armiger. Teſte ut ſuprà 12. Maii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, videlicet

Thomas Swynford, Armiger, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 12. Maii.

Johannes Comes *Somerſet*, qui in partibus tranſmarinis moratur. Teſte ut ſuprà.

Membrana 7.

Pro *Willelmo Scot* de licentia traducendi quadringentas boves & mille multones versùs partes *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 20. Maii.

Alanus Buxhull, Miles, qui in partibus *Franciæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 18. Maii.

Membrana 6.

Pro *Willelmo* Epiſcopo de *London*, *Johanne* Domino de *Leſcrop*, Magiſtro *Petro Patricke*, & Magiſtro *Johanne Stokes*, ad tractandum cum *Alfonſo* Rege *Aragoniæ* de confœderationibus. Teſte ut ſuprà 13. Julii.

Pro eiſdem ad tractandum cum Rege *Romanorum* de amicitiis. Teſte ut ſuprà.

Willelmus Glaſedale, Armiger, qui in partibus tranſmarinis moratur, habet literas de generali attornatu. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. Maii.

Ricardus Straunge de comitatu *Salop* Armiger, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione.

Membrana 5.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes *Franciæ* profecturi ſunt, videlicet,

Johannes Curſon, Armiger. Teſte ut ſuprà 1. Maii.

Georgius Polton de comitatu *Wilts*, Armiger. Teſte ut ſuprà 14. Junii.

Ricardus Haukeford de comitatu *Devon*, Armiger. Teſte ut ſuprà 16. Junii.

Robertus Greeneacres de *Worſeton* in comitatu *Lancaſtre*, Armiger. Teſte ut ſuprà.

Radulfus Hodleſton de *Whetington*, in comitatu *Lancaſtre* generoſus. Teſte ut ſuprà 17. Julii.

Thomas Marshall de *Barton* in *Le Hethe* in comitatu *Warwic* generoſus. Teſte 18. Julii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Digitized by Google

An. Dom. 1427. 1428.

Thomas Beaumont, Chivaler. Teſte ut ſuprà 28. Junii.
Petrus Vyncent, Armiger. Teſte ut ſuprà 26. Junii.
Johannes Paſshley, Miles. Teſte ut ſuprà 12. Julii.

Membrana 4.

Salvus conductus pro *Sancho Eſquerra de Angulo* de *Iſpania*, Armigero, veniendo in *Angliam* pro certis materiis coram Rege & Concilio exponendis. Teſte ut ſuprà 12. Junii.

Salvus conductus pro ſervientibus Domini d'*Eſtouteville*, priſonarii Regis, in *Angliam* veniendis pro finantia ipſius Domini ſolvenda. Teſte ut ſuprà 1. Julii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,
Reginaldus Keryel, Armiger. Teſte ut ſuprà 20. Junii.
Johannes Skardelowe, Miles. Teſte ut ſuprà 20. Junii.

Membrana 3.

Pro Mercatoribus de *Holland* & *Zeland*, liberè mercandizandis in *Anglia*. Data apud *Weſtminſter* 1. Julii.

Eadem libertas pro Mercatoribus *Flandriæ*. Data ut ſuprà.

Membrana 2.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,
Theobaldus Gorges, Armiger. Teſte ut ſuprà 27. Junii.
Johannes Leſcrop, Chivaler. Teſte ut ſuprà 5. Julii.

Salvus conductus pro *Johanne* Baſtardo *Aurelianenſi*, Milite, extra regnum *Angliæ* tranſeundo. Teſte ut ſuprà 27. Junii.

Membrana 1.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,
Ricardus Drayton de comitatu *Oxon*, Armiger. Teſte ut ſuprà 10. Julii.
Willelmus Swanlow de *Harefeld* in comitatu *Middleſex*, Armiger. Teſte ut ſuprà 26. Junii.

Salvus conductus pro Domino de *Gaucourt* Milite, priſonario, veniendo in *Angliam* ad reintrandum perſonam ſuam in cuſtodia *Johannis Cornewaill*, Militis. Teſte ut ſuprà 29. Junii.

An. Dom. 1428. 1429.

Rotulus Franciæ de anno 7. Henrici VI.

Membrana 7.

Literas de protectione habent ſubſcripti, videlicet,
Johannes Faſtolfe de caſtro juxta *Magnam Jernemuth* (*Yarmouth*), qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Octobris.
Johannes Cumland, de comitatu *Dorſet* generoſus, qui in comitiva *Walteri* Domini de *Hungerford*, Capitanei caſtri & villæ de *Cherbourg* moratur. Teſte ut ſuprà 10. Februarii.
Johannes Dominus de *Talbot* & de *Furnival* qui in partibus *Franciæ* moratur. Teſte ut ſuprà 13. Februarii.

Salvus conductus pro *Reginaldo Hue* Capellano, veniendo in *Angliam* cum auro & argento pro finantia Domini d'*Eſtouteville* priſonarii Regis ſolvendo. Teſte ut ſuprà 12. Novembris.

Membrana 6.

Salvus conductus pro *Sancho Eſquerra de Angulo* in *Iſpania*, Armigero, veniendo in *Angliam* coram Rege & Concilio pro certis materiis exponendis. Teſte ut ſuprà 21. Februarii.

Salvus

Digitized by Google

AN. DOM. 1428. 1429.

Salvus conductus pro Ambaſſiatoribus Regis *Caſtellæ* veniendis in *Angliam*. Teſte ut ſuprà 16. Februarii.

Salvus conductus pro ſerviente Comitis de *Eu*, priſonarii Regis veniendo in *Angliam*. Teſte ut ſuprà 1. Maii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, videlicet,

Johannes Beauchamp, Miles, qui in partibus *Franciæ* moratur. Teſte ut ſuprà 1. Februarii.

Willelmus Glacedale, Armiger, qui in comitiva Regentis *Franciæ* moratur. Teſte ut ſuprà 20. Aprilis.

Johannes Brinkeley de *Stannebrigge* in comitatu *Southampton*, Armiger, qui in eadem comitiva moratur. Teſte ut ſuprà 25. Aprilis.

Thomas Swynford qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 21. Aprilis.

Membrana 5.

Salvus conductus pro *Antonio Ferrandez* mercatore de *Iſpania* & aliis, necnon duobus hominibus operariis de les Carpettes veniendis in *Angliam* cum mercandiſis ſuis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 7. Maii.

Ricardus Drayton de comitatu *Oxon*, Armiger, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 8. Junii.

Membrana 4.

Rex conſtituit *Henricum* Cardinalem tituli *Sancti Euſebii* de *Anglia*, Capitaneum ligeorum Regis qui profecturi ſunt ad cohertionem Hereticorum *Bohemorum*. Teſte ut ſuprà 18. Junii.

De licentia danda *Edmundo Beaufort*, Militi, qui versùs partes tranſmarinas in comitiva ejuſdem Cardinalis profecturus eſt. Teſte ut ſuprà.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte ut ſuprà 9. Julii.

Rex conſtituit Epiſcopum de *Hereford*, Magiſtrum *Robertum Fitz-Hugh*, Magiſtrum *Andream Hulle*, & Magiſtrum *Henricum Herburgh* Commiſſarios ad tractandum cum Ambaſſiatoribus Regis *Aragoniæ* ſuper certis ligis. Teſte ut ſuprà 16. Julii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Robertus Willughby, Chivaler. Teſte ut ſuprà 27. Junii.

Henricus Colevyll, Miles. Teſte ut ſuprà 5. Julii.

Johannes Wither, Armiger, qui in comitiva Cardinalis *Angliæ* versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 12. Julii.

Willelmus Hante, Armiger, qui in comitiva *Johannis Styward*, Militis, Capitanei turris de *Ryebanc* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 8. Julii.

Membrana 3.

Salvus conductus pro *Elia de Clarens* aliàs dicto *Petit Clarens*, versùs partes *Franciæ* pro finantia ſua tranſeundo. Teſte ut ſuprà 5. Maii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui in partibus tranſmarinis morantur, videlicet,

Robertus Harlyng, Miles. Teſte ut ſuprà 6. Maii.

Johannes Comes *Somerſet*. Teſte ut ſuprà 3. Junii.

Willelmus Priton, Armiger. Teſte ut ſuprà 20. Junii.

Arthurus Holy qui in comitiva *Ricardi Sellyng*, Armigeri, Capitanei caſtri de *Sandegate* moratur. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 8. Junii.

Alanus Buxhull, Miles, qui in comitiva Regentis *Franciæ* moratur. Teſte ut ſuprà 12. Julii.

Membrana 2.

De requeſtu ex parte *Andreæ Hull*, utriuſque juris Baccalaurei ad longinquas mundi partes tranſeundi pro certis negotiis expediendis. Teſte ut ſuprà 12. Julii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Digitized by Google

An. Dom. 1428. 1429.

Willelmus Lettres, Armiger. Teſte ut ſuprà 5. Julii.
Johannes Caſt, Armiger. Teſte ut ſuprà.
Edmundus Beaufort, Miles. Teſte ut ſuprà 16. Julii.
Thomas filius *Thomæ Colepepper*, Militis. Teſte ut ſuprà 23. Auguſti.

Membrana 1.

Salvus conductus pro *Johanne Hane* ſerviente Comitis de *Eu*, veniendo in *Angliam* cum auro & argento pro expenſis dicti Comitis. Teſte ut ſuprà 6. Decembris.
Rex conſtituit *Johannem* Ducem *Bedford*, Capitaneum villæ *Caleſiæ*, ac Gubernatorem Marchiarum *Picardiæ*. Teſte ut ſuprà 5. Decembris.
Salvus conductus pro Mercatoribus de *Florentia*. Teſte ut ſuprà 4. Decembris.
Robertus Harlyng, Miles, qui in partibus tranſmarinis moratur, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 6. Maii.

An. Dom. 1429. 1430.

Rotulus Franciæ de anno 8. *Henrici VI.*

Membrana 27.

Salvus conductus pro *Johanne de Have* ſerviente Comitis de *Eu*, veniendo in *Angliam* penes præſentiam dicti Comitis pro certis negotiis faciendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 3. Octobris.
Salvus conductus pro *Baudet de la Vallée*, priſonario *Willelmi Scot* versùs regnum *Franciæ* tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà.
Salvus conductus pro *Petro Chouen* de *Britannia*, Armigero, & aliis veniendis in *Angliam* ad tractandum cum *Ricardo* Comite de *Warwic*, pro finantia *Johannis Raganal*, Militis, priſonarii ejuſdem Comitis. Teſte ut ſuprà 6. Octobris.

Membrana 26.

Salvus conductus pro Ambaſſiatoribus Regis *Caſtellæ*. Teſte ut ſuprà 15. Octobris.
Literas de protectione habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,
Willelmus Heyward, Armiger. Teſte ut ſuprà 26. Novembris.
Johannes Baſtardus *Clarentiæ*, Miles. Teſte ut ſuprà 28. Novembris.
Thomas de Bellocampo de *Quatermersh* in comitatu de *Leiceſter*. Teſte ut ſuprà 26. Novembris.
Robertus Morpath, Armiger. Teſte ut ſuprà 28. Novembris.
Johannes Bailli, Armiger. Teſte ut ſuprà 29. Novembris.
Ricardus Andrew, Armiger. Teſte ut ſuprà 13. Decembris.

Membrana 25.

Salvus conductus pro ſerviente Ducis de *Bourbon*, versùs partes *Franciæ* tranſeundo & redeundo in regnum *Angliæ* cum auro, &c. pro expenſis ipſius Ducis. Teſte ut ſuprà 20. Decembris.
Rogerus Aleyn qui in comitiva *Willelmi Heyward*, Armigeri, ad partes regni *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 5. Decembris.
Conſimiles literas habet *Walterus Spynes* qui in comitiva *Henrici Fenwyk*, Armigeri, profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 10. Januarii.

Membrana 24.

Salvus conductus pro *Reginaldo Hue* Capellano ſerviente Domini d'*Eſtouteville*; veniendo in *Angliam* penes præſentiam dicti Domini cum auro & argento. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 28. Januarii.
De ſolutione vadiorum ſoldariorum villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 20. Decembris.
Gaillardus Dominus de *Duras* qui cum Rege ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 28. Februarii.

Digitized by Google

Membrana 23.

De confirmatione pro Cuſtode & Canonicis Collegii de *Ottery*, de manerio de *Ottery* in comitatu *Devon* cum advocatione. Teſte ut ſuprà 15. Februarii.

Membranæ 22. & 21.

De confirmatione pro Mercatoribus ſtapulæ villæ *Caleſiæ* de libertatibus ſuis. Teſte ut ſuprà 16. Februarii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes regni *Franciæ* profecturi ſunt, videlicet,

Reymundus Dryver, Armiger. Teſte ut ſuprà 26. Februarii.
Janico Dartas, Armiger. Teſte ut ſuprà 28. Februarii.

Membrana 20.

Salvus conductus pro *Touſſaints de Chaſtel* ſerviente *Caroli d'Artoys*, versùs partes *Franciæ* tranſeundo & redeundo in *Angliam* cum auro & argento pro expenſis dicti *Caroli*. Teſte ut ſuprà 8. Februarii.

De tenemento in villa *Caleſiæ* vocato hoſpitio Comitis de *Hereford*, conceſſo *Johanni Reynwelle* civi de *London*. Teſte ut ſuprà 20. Januarii.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Florentia*. Teſte ut ſuprà 28. Januarii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes regni *Franciæ* profecturi ſunt, videlicet,

Johannes Boof, Armiger. Teſte ut ſuprà 5. Decembris.
Walterus Wooton in comitatu *Surrey*. Teſte ut ſuprà 4. Februarii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, versùs partes tranſmarinas profecturi, videlicet,

Willelmus Fynbarove, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 22. Februarii.
Willelmus Rothwell, Armiger. Teſte ut ſuprà 15. Februarii.
Johannes Hanham, Armiger. Teſte ut ſuprà.
Johannes Hille, Armiger. Teſte ut ſuprà 26. Februarii.

Membrana 19.

Ricardus Holcote, Armiger. Teſte ut ſuprà 17. Decembris.
Thomas Charlton, de comitatu *Middleſex* Miles. Teſte ut ſuprà 14. Januarii.
Ricardus Bokeland, Armiger. Teſte ut ſuprà 16. Januarii.
Johannes Hampton, Armiger. Teſte ut ſuprà 24. Februarii.

Salvus conductus pro Serviente Ducis de *Bourbon*, veniendo in *Angliam* penes præſentiam dicti Ducis. Teſte ut ſuprà. 23. Januarii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes regni *Franciæ* profecturi ſunt,

Thomas Blount, de comitatu *Derby* Miles. Teſte ut ſuprà 26. Februarii.
Johannes Robeſſart, Miles. Teſte ut ſuprà 21. Februarii.
Willelmus Vaux, Armiger. Teſte ut ſuprà 26. Februarii.
Willelmus Lucy, Miles. Teſte ut ſuprà.
Reginaldus Dominus *la Warre*, Miles. Teſte 24. Februarii
Willelmus Beauchamp, Miles. Teſte ut ſuprà 3. Martii.
Rogerus Fenys, Miles. Teſte ut ſuprà 28. Februarii.

Membrana 18.

Johannes Hotoſt, Armiger, Theſaurarius hoſpitii Regis. Teſte ut ſuprà.
Thomas Pope, Armiger. Teſte ut ſuprà 3. Martii.
Philippus Redford, Miles. Teſte ut ſuprà 8. Martii.
Henricus Redford, Miles. Teſte ut ſuprà.

Wellelmus Gaſcoigne, Miles.
Willelmus Wittingham, Armiger.
Radulfus Grayſtoke, Miles.
Ricardus Breuſter, Armiger.
Johannes Hanham, Armiger.
} Teſte ut ſuprà.

Thomas Tunbridge, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. Februarii.

Digitized by Google

An. Dom. 1429. 1430.

Robertus Halidey, Armiger. Teſte ut ſuprà 8. Martii.
Robertus Barley, Armiger. } Teſte ut ſuprà.
Johannes Saundford, Armiger. }
Jacobus le Botiller Comes d'*Ormond*. Teſte ut ſuprà 6. Martii.

Salvus conductus pro Ambaſſiatoribus Regis *Caſtellæ*, tranſeundis versùs regnum *Caſtellæ*. Teſte ut ſuprà 12. Martii.

Membrana 17.

Literas de protectione habent ſubſcripti, ad partes regni *Franciæ* profecturi,
Laurentius Bilandys, de comitatu *Bucks* Armiger. Teſte ut ſuprà 23. Februarii.
Willelmus Truſſel, Miles.
Willelmus Forſted, Armiger. } Teſte ut ſuprà 1. Martii.
Willelmus Nanfan, Armiger. }
Willelmus Byrceſtyr, Armiger. Teſte ut ſuprà 24. Februarii.
Johannes Gernoun, Armiger. Teſte ut ſuprà 8. Martii.
Johannes Solers, Armiger. Teſte ut ſuprà. 7. Martii.
Thomas Weſt, Armiger. Teſte ut ſuprà 5. Martii.
Johannes Bourgh, Armiger. Teſte ut ſuprà 7. Martii.
Rogerus Martyn, Armiger. Teſte ut ſuprà 9. Martii.
Willelmus Turbeville, de Comitatu *Dorſet* Armiger. Teſte ut ſuprà 10. Martii.
Willelmus Laweney, Armiger. Teſte ut ſuprà 6. Martii.
Nicholaus Whyte, Armiger. Teſte ut ſuprà 12. Martii.

Membrana 16.

Willelmus Stalworth, Armiger. Teſte Rege apud *Cantuariam* 13. Aprilis.
Johannes Walleweyn, Armiger. Teſte ut ſuprà 14. Aprilis.
Jacobus Denys, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Aprilis.
Johannes Dominus de *Beaumont*. Teſte ut ſuprà 24. Februarii.
Johannes Stanley, Armiger. Teſte Rege apud *Cantuariam* 15. Aprilis.
Johannes Clement, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 17. Martii.
Robertus Boulde, Armiger. Teſte Rege apud *Cantuariam* 15. Aprilis.

Membrana 15.

Salvus conductus pro *Johanne de Curraly* ſacræ paginæ Profeſſori, & *Fernando Manuele* de *Lando*, Milite, Ambaſſiatoribus Regis *Caſtellæ*, versùs partes ſuas proprias redeundo, necnon pro uno Epiſcopo, uno Comite, uno Barone, duobus Militibus, & duobus Doctoribus Ambaſſiatoribus præfati Regis, veniendis in *Angliam*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 8. Martii.

Literas de protectione habent ſubſcripti ad partes regni *Franciæ* profecturi, videlicet,
Radulphus Bauthorp, Armiger. Teſte ut ſuprà 24. Februarii.
Thomas Metham, Armiger. Teſte ut ſuprà 12. Martii.
Thomas Ake, Armiger. } Teſte ut ſuprà 10. Martii.
Thomas Chancy, Armiger. }
Thomas Branyſby, Armiger. Teſte ut ſuprà 14. Martii.
Willelmus Staverton, Armiger. } Teſte ut ſuprà 8. Martii.
Willelmus Rothwell, Armiger. }
Thomas Codyngton, Armiger. Teſte ut ſuprà 11. Martii.
Radulfus Blanerhayſet de *Karliſle* generoſus. Teſte ut ſuprà 5. Martii.
Edmundus Talbot, de comitatu *Lancaſtre*, Armiger. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ* apud *Weſtminſter* 6. Maii.
Johannes Graa de *Ingelby*, Chivaler. Teſte ut ſuprà 1. Maii.
Matthæus Poule, Armiger. Teſte ut ſuprà 4. Maii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti ad partes, &c. ut ſuprà.
Johannes Cleydok, Miles. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. Aprilis.
Willelmus Waweton, Armiger. Teſte ut ſuprà 29. Aprilis.
Johannes de Seynt-Loo, Armiger. Teſte Rege apud *Cantuariam* 17. Aprilis.

Rex conceſſit *Petro le Gay* & aliis hæreditates ſuas. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. Aprilis.

Digitized by Google

Membrana 14.

Literas de protectione habent ſubſcripti, &c. ut ſuprà.

Thomas Haryngton, Armiger. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ* apud *Weſtminſter* 6. Maii.

Johannes Spriggy, de *Northampton* Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 6. Martii.

Lodowicus Robeſſart Dominus de *Bourgchier*. Teſte ut ſuprà 25. Februarii.

Egidius Seyntlon, Armiger. Teſte ut ſuprà 12. Martii.

Johannes Arundel, Baſtard de *Arundel*, Armiger. Teſte ut ſuprà 31. Martii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, ut ſuprà,

Philippus Courtenay, Miles. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ* apud *Weſtminſter* 25. Aprilis.

Radulfus Rocheford, Miles. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Aprilis.

Willelmus Beauchamp, Chivaler. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, apud *Cantuariam* 5. Maii.

Membrana 13.

Pro Epiſcopis *Elyenſi* ac *Bathonienſi*, *Johanne Tiptoft*, Milite, *Lodowico Robeſſart*, *Willelmo Phelip*, *Johanne Montgomery*, *Johanne Stevard*, *Roberto Shoteſbroke*, *Radulfo Boteler*, Militibus, necnon *Ricardo Wodevylle*, Armigero, *Johanni Feryby*, *Ricardo Bokeland*, *Willelmo Fitz-Harry* & *Johanni Brice*, Armigeris, ad capiendum monſtrum Capitaneorum, Dominorum, Militum, Armigerorum & aliorum de retinentiis ſuis, qui in viagio Regis versùs regnum *Franciæ* profecturi ſunt. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ*, apud *Wye* 24. Aprilis.

Literas de protectione habent ſubſcripti, ut ſuprà.

Willelmus Horner aliàs dictus *Willelmus Norman*, Armiger. Teſte ut ſuprà.

Johannes Orell, Armiger.
Johannes Bruyſe, Armiger. } Teſte Rege apud *Cantuariam* 17. Aprilis.

Thomas Chitterne, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 6. Aprilis.

Johannes Fizpayn Generoſus. Teſte præfato Cuſtode apud *Weſtminſter* 5. Maii.

Henricus Bedford Generoſus. Teſte ut ſuprà 10. Maii.

Willelmus Mountford, Miles. Teſte præfato Cuſtode apud *Weſtminſter* 28. Aprilis.

Thomas Glouceſter, Armiger. Teſte Rege apud *Cantuariam* 20. Aprilis.

Salvus conductus pro *Johanne Raguenel* Vicecomite de la *Belliere*, priſonario Comitis de *Warwic*, versùs partes *Britanniæ* tranſeundo. Teſte Rege apud caſtrum de *Leedes* 18. Martii.

Membrana 12.

Pro *Johanne Reynewell* Majore ſtapulæ *Caleſiæ*, quòd ſtet in officio ſuo pro duobus annis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 23. Februarii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, ut ſuprà,

Thomas Dominus de *Morley*. Teſte ut ſuprà 5. Martii.

Robertus Rokley, de comitatu *Eborum* Armiger. Teſte præfato Cuſtode apud *Weſtminſter* 1. Maii.

Andreas Hille, Armiger.
Johannes Dynham, Miles. } Teſte ut ſuprà.

Philippus Dymmock, Miles. Teſte ut ſuprà 11. Maii.

Thomas Seintbarbe, Armiger. Teſte ut ſuprà 9. Maii.

Willelmus Wolfe, Miles. Teſte ut ſuprà 26. Aprilis.

Willelmus Malory, Miles. Teſte ut ſuprà 24. Maii.

Alexander Boſam de *Aldwynkle* Armiger. Teſte ut ſuprà.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Robertus Stonham, Armiger. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ*, apud *Weſtminſter* 16. Maii.

Thomas Kyriell, Miles. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Aprilis.

Willelmus Bretteville, filius *Willelmi Bretteville* Militis. Teſte ut ſuprà.

Digitized by Google

An. Dom. 1429. 1430.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Rogerus Wyggemore. Teſte præfato Cuſtode apud *Weſtminſter* 5. Maii.
Robertus Bryggehan, Armiger. Teſte ut ſuprà 22. Maii.
Thomas Malefant, Armiger. Teſte ut ſuprà 1. Maii.
Edwardus Doyle, Armiger. Teſte ut ſuprà 4. Maii.

Membrana 10.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia.* Teſte ut ſuprà 24. Junii.
Salvus conductus pro ſervientibus *Willelmi le Botiller*, obſidis pro Comite d'*Engouleſme*, veniendis in *Angliam* penes præfatum obſidem. Teſte ut ſuprà 8. Julii.
Literas de protectione habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.
Robertus Wyngfeld, de comitatu *Suffolc* Miles. Teſte ut ſuprà 1. Julii.
Thomas Horne, Armiger. Teſte ut ſuprà.
Johannes Hylle, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. Julii.
Johannes Chiſeck, Miles. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 11. Martii.
Literas de generali attornatu habet *Johannes* Dux de *Norfolc* Mareſcallus *Angliæ*, versùs partes tranſmarinas profecturus. Teſte præfato Cuſtode apud *Weſtminſter* 8. Maii.

Membrana 9.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Johannes Chetewynd, Armiger. Teſte ut ſuprà 17. Maii.
Robertus Stonham, Armiger. Teſte 24. Maii.
Willelmus Torbok, Miles. Teſte ut ſuprà 8. Maii.
Willelmus Bodrygan, Miles. Teſte ut ſuprà 4 Maii.
Johannes Hill, Armiger. Teſte ut ſuprà 21. Martii.

Membrana 8.

Johannes Worſburgh, de comitatu *Eborum* generoſus, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 12. Julii.
Thomas Seintleger, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 2. Martii.
Thomas Straunge, Miles, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte præfato Cuſtode apud *Weſtminſter* 18. Julii.
Salvus conductus pro Serviente *Caroli d'Artoys* priſonarii Regis, veniendo in *Angliam* cum auro, &c. pro expenſis ipſius *Caroli*. Teſte ut ſuprà 20. Julii.
Conſimilis conductus pro Serviente Ducis *Aurelianenſis*. Teſte ut ſuprà.

Membrana 7.

Salvus conductus pro *Manſart* Domino *Daiſne* & aliis, veniendis in *Angliam* uſque præſentiam Ducis *Aurelianenſis*, pro quibuſdam negotiis factum dicti Ducis tangentibus. Teſte ut ſuprà 18. Julii.
Conſimilis conductus pro hominibus *Baſtardi d'Orleans.* Teſte ut ſuprà.
Thomas Wake, Armiger, ad partes *Franciæ* profecturus, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà.

Membrana 6.

Salvus conductus pro quadam nave de *Iſpania.* Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. Novembris.

Membranæ 5. 4. 3. 2. & 1.

De confirmatione pro Majore, Communitate & Civibus *Caleſiæ* de libertatibus ſuis. Teſte ut ſuprà 29. Novembris.

Digitized by Google

Rotulus Franciæ de anno 9. Henrici VI.

AN. DOM. 1430. 1431.

Membrana 20.

HUmfridus Comes de *Stafford*, qui in partibus *Franciæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 17. Octobris.

Conſimiles literas de protectione habent ſubſcripti, videlicet,

Nicholaus Carewe, Armiger. Teſte ut ſuprà 18. Octobris.

Johannes Strode de *Bikleſworth*, in comitatu *Dorſet* Generoſus. Teſte ut ſuprà 26. Octobris.

De officio Conſtabularii Baliſtariorum villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Warde*. Teſte ut ſuprà 13. Octobris.

Salvus conductus pro Fratre *Helunco Amorio* Priore generali Domûs Fratrum *Sanctæ-Crucis*, Ordinis *Sancti Auguſtini Clari Loci* propè & extrà muros *Hoyen*, dioceſis *Leodienſis*, in regnum *Angliæ* veniendo causâ viſitandi Domos Ordinis prædicti. Teſte ut ſuprà 18. Octobris.

De officio Scrutatoris *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Warde*. Teſte ut ſuprà 12. Octobris.

Salvus conductus pro *Sancheo de Rougeo* Epiſcopo de *Aſtorga*, *Petro Carilleo*, de *Toledo* Chivaler, & Fratre *Johanne Curall* Ambaſſiatoribus Regis *Caſtellæ*, versùs partes ſuas proprias redeundis. Teſte ut ſuprà 18. Octobris.

Membrana 19.

Salvus conductus pro *Johanne* Domino d'*Eſtouteville*, *Reginaldo Hue* & *Yeonec Ribault*, versùs regnum *Franciæ* tranſeundis. Teſte ut ſuprà 5. Novembris.

Pro Epiſcopo *Norwicenſi*, *Radulfo* Domino de *Cromwell*, & Magiſtro *Willelmo Lyndwood*, ad tractandum cum Commiſſariis Regis *Caſtellæ* de treuga. Teſte ut ſuprà 6. Novembris.

Membranæ 18. 17. & 16.

De confirmatione pro hominibus de terra de *Merk* de libertatibus ſuis. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 14. Novembris.

Membrana 15.

De appunctuamentis inter Regem *Angliæ* & *Johannem* Ducem de *Bourbon*, pro deliberatione ejuſdem *Johannis*. Data apud *Weſtminſter* 26. Novembris.

Membrana 14.

Johannes Bolle generoſus, qui in comitiva *Walteri* Domini *Fitzwauter*, ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte præfato Cuſtode apud *Weſtminſter* 4. Martii.

Salvus conductus pro *Baudet de la Valle*, versùs partes *Franciæ* tranſeundo ad certas literas diverſis perſonis ibidem deliberandas pro deliberatione *Henrici Ratford*, Militis. Teſte ut ſuprà 7. Martii.

Membranæ 13. & 12.

De confirmatione treugarum inter Regem *Angliæ* & Regem *Caſtellæ* pro uno anno incipiente ab ortu ſolis primi diei Maii proximò futuri, uſque ad occaſum ſolis primi diei Maii extunc proximo ſequentis anno revoluto. Ambaſſiatores ex parte Regis *Angliæ* Epiſcopus *Norwicenſis*, *Radulfus* Dominus de *Cromwell* & Magiſter *Willelmus Lyndewode*; ex parte *Caſtellæ*, *Sancius* Epiſcopus *Aſtoricenſis*, *Petrus de Carillo de Toledo*, Miles, & *Johannes Coral*. Teſte præfato Cuſtode apud *Weſtminſter* 20. Novembris.

Membrana 12.

Literas de protectione habent ſubſcripti ad partes *Franciæ* profecturi, &c.

Digitized by Google

An. Dom. 1430. 1431.

Willelmus de Clynton, Miles. Teſte ut ſuprà 18. Aprilis.
Johannes William de *Kingſwere*. Teſte ut ſuprà 11. Maii.

Membrana 11.

Willelmus Wykeham, de comitatu *Oxon* Armiger, qui ad partes *Franciæ* moratur. Teſte ut ſuprà 26. Octobris.

Rex conſtituit Epiſcopum *Bajocenſem*, *Thomam Burton*, Militem, & *Johannem Gentil* Nuncios ſuos, ad tractandum cum Nunciis *Alfonſi* Regis *Aragoniæ*, *Johannis* Regis *Navarræ*, & *Blanchæ* Reginæ & heredis *Navarræ*, de amicitiis. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 16. Novembris.

Robertus Stonham, Armiger, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 10. Novembris.

Membrana 10.

Salvus conductus pro *Reginaldo de Vellert*, Armigero, versùs partes ſuas proprias redeundo. Teſte ut ſuprà 25. Januarii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui in partibus tranſmarinis morantur, videlicet,
Johannes Talbot, Miles. Teſte ut ſuprà 8. Februarii.
Willelmus Fitzwauter, Chivaler. Teſte ut ſuprà 12. Februarii.

Membrana 9.

Literas de protectione habent ſubſcripti, videlicet,
Johannes Kyngeſcote, qui in comitiva *Thomæ Stanley* Militis, Locumtenentis *Hiberniæ*, moratur. Teſte ut ſuprà 16. Februarii.
Lodowicus de Crooſt, Armiger, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 12. Februarii.
Johannes Hill, qui, &c. Teſte ut ſuprà. 22. Februarii.
Hugo Penlynn generoſus. Teſte ut ſuprà 26. Februarii.
Ricardus Straunge, de comitatu *Hereford* generoſus. Teſte 24. Februarii.
Johannes Hotoft generoſus. Teſte ut ſuprà 28. Februarii.

Salvus conductus pro *Reginaldo de Vallort*, Armigero, homine *Baſtardi d'Orleans*, veniendo in *Angliam* uſque præſentiam Ducis *Aurelianenſis*. Teſte ut ſuprà 28. Novembris.

Membrana 8.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,
Jacobus de Audley, Miles. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 22. Februarii.
Arnaldus de Gent, Chivaler. Teſte ut ſuprà 8. Martii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.
Johannes Lambard de *Dennington*, in comitatu *Wilts* Armiger. Teſte ut ſuprà 12. Maii.
Willelmus Fromond, qui in comitiva *Thomæ Beaufort* Comitis de *Perche*, in partibus tranſmarinis moratur. Teſte ut ſuprà 3. Martii.

Salvus conductus pro *Johanne Sarreux*, verſùs partes tranſmarinas tranſeundo cum literis de ſalvo conductu certis formis deliberandis.

Membrana 7.

Salvus conductus pro *Hugone de Seint Marc*, *Reginaldo de Velort* & aliis, versùs partes ſuas proprias tranſeundis, & in regnum *Angliæ* redeundis uſque præſentiam Ducis *Aurelianenſis*, pro certis rebus factum dicti Ducis tangentibus. Teſte ut ſuprà 5. Martii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui in partibus tranſmarinis morantur, videlicet,
Henricus Bedford, Miles. Teſte ut ſuprà 7. Maii.
Radulfus Rocheford, Miles. Teſte ut ſuprà 8. Maii.

Literas

Digitized by Google

Literas de protectione habent ſubſcripti, videlicet,
Willelmus Barrowe, nuper de *Magna Bardefeld* in comitatu *Eſſex* generoſus. Teſte ut ſuprà 15. Aprilis.
Johannes Brynkeley, de *Stanbrigge* in comitatu *Suthampton* Armiger. Teſte ut ſuprà 1. Maii.
Rex conſtituit *Thomam* Comitem de *Pertico*, & *Edmundum* Comitem de *Mortagne* Capitaneos ligeorum Regis qui ſunt in comitiva *Jacobi* Domini de *Audley* & *Walteri* Domini *Fitzwauter*. Teſte ut ſuprà 19. Aprilis.

Membrana 6.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,
Henricus Woodhouſe, Armiger. Teſte ut ſuprà 24. Aprilis.
Thomas Malefant de *Orton*, Armiger. Teſte ut ſuprà 26. Aprilis.
Lodowicus John de *Thorndon*, in comitatu *Eſſex* Armiger. Teſte 10. Maii.
Henricus Redford de *Caſthorp*, in comitatu *Lincoln* Miles. Teſte ut ſuprà 16. Junii.
De licentia danda *Waltero* Domino de *Hungerford* Theſaurario *Angliæ*, ad mittendum tria millia marcarum extra regnum *Angliæ* pro finantia *Walteri Hungerford*, Militis, priſonarii in *Francia*. Teſte ut ſuprà 8. Maii.

Membrana 5.

Literas de protectione habent ſubſcripti, ad partes *Franciæ* profecturi, videlicet,
Nicholaus Conway, Miles. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 18. Februarii.
Robertus Monyn, de comitatu *Kantiæ* Armiger. Teſte ut ſuprà 7. Martii.
Johannes Kyderowe de *Windſor*, in comitatu *Berks* Miles. Teſte ut ſuprà.
Johannes Orgon generoſus. Teſte ut ſuprà 14. Martii.
Willelmus Coule de comitatu *Oxon* generoſus. Teſte ut ſuprà.
Ricardus Nevill Comes *Sarum*. Teſte ut ſuprà 8. Aprilis.
Johannes de Boys, Chivaler. Teſte ut ſuprà 22. Aprilis.
Johannes Mountgomery, Miles. } Teſte ut ſuprà 20. Aprilis.
Radulfus Botiler, Miles. }
Johannes Paſsheley, Miles. Teſte ut ſuprà 24. Aprilis.
Ricardus Comes de *Warwic*. Teſte ut ſuprà 18. Aprilis.
Johannes Nitheway de *Sideford*, in comitatu *Devon* generoſus. Teſte ut ſuprà 20. Junii.
Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.
Thomas Comes de *Perche*. Teſte ut ſuprà 13. Aprilis.

Membrana 4.

Johannes Merkyngfeld, Armiger. Teſte ut ſuprà 8. Junii.
Thomas Swynford, Miles. Teſte ut ſuprà 17. Maii.
Literas de protectione habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.
Johannes Pelyngton, Armiger. Teſte ut ſuprà 12. Junii.
Johannes de Holand Comes *Huntingdon*. Teſte ut ſuprà 15. Junii.
Thomas Holgill, Armiger. Teſte ut ſuprà 18. Junii.
Ricardus Kemp de *Fynchingfeld*, in comitatu *Eſſex* generoſus. Teſte ut ſuprà 12. Junii.
Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte ut ſuprà 24. Junii.
Salvus conductus pro *Johanne Saveuſe* uno ſervientium Ducis *Aurelianenſis*, versùs partes *Franciæ* tranſeundo ad deferendum certas literas de ſalvo conductu. Teſte ut ſuprà 2. Julii.

Membrana 3.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui, &c. ut ſuprà.
Baldewinus Fulford, Armiger. Teſte ut ſuprà 2. Julii.
Johannes Bachelere, nuper de *London* generoſus. Teſte ut ſuprà 20. Junii.

Digitized by Google

An. Dom. 1430. 1431.

Willelmus Dominus de *Clynton* & de *Say de Maxſtoke* in comitatu de *Warwic.* Teſte ut ſuprà 16. Junii.

Henricus Retford de *Carleton Paynell*, in comitatu *Lincoln* Miles. Teſte ut ſuprà 17. Julii.

Johannes Tiptoft, Miles. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 4. Maii.

De compellendo omnes Tenentes de *Oye*, *Merke* & de eskivagio ibidem, ad contribuendum facturæ excluſæ de *Oye*. Teſte ut ſuprà 17. Julii.

Membrana 2.

Salvus conductus pro Magiſtro *Johanne Fuſelier* veniendo in *Angliam* pro certis appunctuamentis inter Comitem de *Suffolc* & *Baſtardum d'Orleans*, finantiam ejuſdem Comitis tangentibus, faciendis. Teſte ut ſuprà 2. Aprilis.

Johannes Comes de *Somerſet*, qui in partibus tranſmarinis moratur, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 12. Julii.

De licentia danda *Johanni* Epiſcopo *Bangorenſi*, quòd ipſe versùs partes tranſmarinas ad viſitandum ſepulchrum Domini noſtri Jeſu-Chriſti, causâ peregrinationis transferre poſſit. Teſte ut ſuprà 5. Maii.

De Magiſtro monetæ infrà villam *Caleſiæ* conſtituto. Teſte ut ſuprà 17. Auguſti.

Membrana 1.

Pro Theſaurario *Caleſiæ*, ad recipiendum ſubſidium lanarum, &c. pro ſolutione ſoldariorum ibidem. Teſte ut ſuprà 1. Junii.

An. Dom. 1431. 1432.

Rotulus Franciæ de anno 10. *Henrici VI.*

Membrana 15.

REx conceſſit *Johanni* Domino de *Tiptoft*, cuſtodiam caſtri de *Marke* infrà marchias *Picardiæ*. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 28. Septembris.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui in partibus *Franciæ* morantur, videlicet,

Thomas Malevaunt, Miles. Teſte ut ſuprà.

Willelmus Porter, Chivaler. Teſte ut ſuprà 11. Octobris.

Johannes Talbot, Miles. Teſte ut ſuprà 20. Octobris.

Robertus Orell de *Orell* Armiger, qui in comitiva *Thomæ Stanley*, Militis, Locumtenentis terræ *Hiberniæ* moratur. Teſte ut ſuprà 26. Octobris.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui versùs partes tranſmarinas profecturi ſunt, videlicet,

Thomas Beaumont, Miles. Teſte ut ſuprà 23. Octobris.

Johannes Tiptoft. Teſte ut ſuprà 8. Octobris.

Salvus conductus pro Domino de *Mortimer*, Militi, & aliis veniendis in *Angliam* uſque præſentiam Ducis *Aurelianenſis*, pro quibuſdam rebus factum dicti Ducis tangentibus. Teſte ut ſuprà 20. Octobris.

Salvus conductus pro Magiſtro *Johanne Fuſilier*, veniendo in *Angliam* pro certis appunctuamentis inter Comitem *Suffolc* & *Baſtardum d'Orleans* finantiam ejuſdem Comitis tangentibus. Teſte ut ſuprà.

Membrana 14.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui in partibus *Franciæ* morantur,

Humfridus Comes *Stafford*. Teſte ut ſuprà 24. Octobris.

Johannes Hille, Armiger. Teſte ut ſuprà 6. Novembris.

Johannes Beaufort Comes *Somerſet*. Teſte ut ſuprà 20. Octobris.

Salvus conductus pro Magiſtro *Johanne Fuſilier* veniendo in *Angliam*, ad proſequendum pro deliberatione Comitis de *Suffolc*. Teſte ut ſuprà 15. Novembris.

Salvus conductus pro *Willelmo Raoul*, *Johanne Graull*, *Olivero Laundois*, *Thoma*

Digitized by Google

Reug & *Johanne Gerounde* de villa de *Sancto Malo* in *Britannia*, priſonariis *Willelmi Alington*, Armigeri, versùs villam prædictam tranſeundis pro finantiis ſuis. Teſte ut ſuprà 12. Decembris.

Membrana 13.

Lodowicus de Coſta, Armiger, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 9. Maii.

Salvus conductus pro Serviente Ducis *Aurelianenſis*, versùs partes tranſmarinas tranſeundo ad deferendum certas literas de ſalvo conductu. Teſte *Humfrido* Duce *Glouceſtriæ*, Cuſtode *Angliæ* apud *Weſtminſter* 20. Octobris.

Membrana 12.

Radulfus Blener-hayſet de *Karlille*, in comitatu *Cumberland* generoſus, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte præfato Cuſtode apud *Weſtminſter* 15. Novembris.

Salvus conductus pro *Johanne le Meſon*, *Willelmo le Roſac*, *Johanne Comana*, *Willelmo Montauban* & *Johanne Suares*, priſonariis *Johannis Cliſton*, versùs partes *Britanniæ* tranſeundis pro finantiis ſuis. Teſte ut ſuprà 21. Decembris.

De officiis vocatis *le Haulte-Bailliage*, comitatûs de *Guiſnes* in marchiis *Picardiæ* & Vitellarii caſtri de *Guiſnes*, conceſſis *Johanni Grenelane*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 7. Maii.

Membrana 11.

Salvus conductus pro Serviente Ducis *Aurelianenſis*, veniendo in *Angliam* uſque præſentiam dicti Ducis pro quibuſdam rebus factum ejuſdem Ducis tangentibus tractandis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 28. Martii.

Willelmus Lucy, Miles, qui in comitiva *Johannis* ſe dicentis Comitem de *Arundel*, in partibus *Franciæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 14. Junii.

Conſimiles literas habet *Johannes Bachelere*, Armiger, qui ad partes *Picardiæ* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 3. Julii.

Membrana 10.

Salvus conductus pro *Jacobo Boucher* Theſaurario *Aurelianenſi*, & aliis veniendis in *Angliam* uſque præſentiam Ducis *Aurelianenſis*. Teſte ut ſuprà 4. Junii.

Salvus conductus pro *Johanne Baſtardo d'Orleans*, Milite, veniendo in *Angliam* cum quaterviginti perſonis. Teſte ut ſuprà.

Membrana 9.

Salvus conductus pro *Bernon de Geneſtelle* & aliis ſervientibus de *Poton de Sainterailles*, priſonariis Comitis de *Warwic*, tranſeundis à *Chaſteau-Thierry* ad *Chaluſſet* in regno *Franciæ* pro facto deliberationis Domini de *Talbot*, Militis. Teſte ut ſuprà 28. Maii.

Salvus conductus pro *Touſſaints de Chaſteu* ſerviente *Caroli d'Artoys* nuper Comitis d'*Eu* priſonarii Regis, veniendo in *Angliam*. Teſte ut ſuprà 15. Junii.

De præſentatione ad Eccleſiam *Beatæ Mariæ* in villa *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 25. Martii.

Gadiferus Shorthoſe, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 20. Junii.

De licentia danda Duci de *Bedford* de auro & argento in regnum *Franciæ* cariando. Teſte ut ſuprà 24. Junii.

Membrana 8.

De licentia cariandi frumentum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. Maii.

Membrana 7.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte ut ſuprà 25. Junii.

Digitized by Google

Membrana 6.

Johannes Poulet, Armiger, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 12. Julii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, ad partes *Franciæ* profecturi, videlicet; *Johannes ap Rys*, Armiger. Teſte ut ſuprà.

Hugo Yon de *Cliſton Dartmouth Hardeneſſe*, in comitatu *Devon* generoſus. Teſte ut ſuprà.

Membrana 5.

De maneriis de *Hemenhale* & *Dyſſe* cum hundredo de *Dyſſe* in comitatu *Norfolc*, & manerio de *Shympling atte Thorne* in comitatu *Suffolc*, liberandis *Elizabethæ* nuper uxori *Walteri* Domini *Fitzwauter*. Teſte ut ſuprà 5. Junii.

Literas de protectione habet *Thomas Congreve* de *Rykmerſworth* in comitatu *Hertford* generoſus, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 18. Julii.

Membrana 4.

Raymundus Dryver, Armiger, qui in comitiva *Rogeri* Domini de *Camoys*, ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 15. Julii.

Salvus conductus pro *Emmoc Chivaler* Domino de *Saint Priot*, Magiſtro *Odart Clepe* præpoſito de *Bourbonnois*, Magiſtro *Petro de Cumoune* Doctore in Legibus, & aliis armigeris ſervitoribus Ducis de *Bourbon*, veniendis in *Angliam* uſque præſentiam dicti Ducis. Teſte ut ſuprà 1. Julii.

Membrana 3.

Salvus conductus pro navibus *Iſpaniæ* veniendis in *Angliam*. Teſte ut ſuprà 13. Julii.

Membrana 2.

Conſimilis conductus pro navibus *Iſpaniæ*, &c. Teſte ut ſuprà 24. Junii.

Membrana 1.

De requeſtu ex parte *Roberti Shoteſbroke*, Militis, & Magiſtri *Willelmi Sprever*, ad longinquas mundi partes tranſeundorum pro certis negotiis expediendis. Data apud *Weſtminſter* 1. Julii.

Rex conſtituit *Robertum Shoteſbroke*, Militem, & Magiſtrum *Willelmum Sprever* Legum Doctorem, Ambaſſiatores ſuos ad tractandum cum Commiſſariis Regis *Norwegiæ* de amicitiis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 21. Julii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes *Franciæ* profecturi ſunt, *Thomas Gower*, Armiger. Teſte ut ſuprà 12. Auguſti.

Willelmus Cowper generoſus. Teſte ut ſuprà 21. Julii.

Johannes Bailly, Armiger. Teſte ut ſuprà 23. Junii.

Rotulus Franciæ de anno 11. *Henrici VI.*

An. Dom. 1432. 1433.

Membrana 17.

Literas de protectione habent ſubſcripti qui in partibus *Franciæ* morantur, *Johannes Pelham* de *Crowherſt* in comitatu *Suſſex*, Miles. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 16. Octobris.

Robertus Lord generoſus. Teſte ut ſuprà 24. Octobris.

Thomas Haltoft de comitatu *Lincoln*, Armiger, qui in comitiva *Johannis* Epiſcopi *Roffenſis* in Ambaſſiata Regis versùs generale Concilium *Baſileenſe* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 9. Decembris.

Membrana 16.

Salvus conductus pro *Johanne* Baſtardo d'*Orleans*, Milite, veniendo in *Angliam* uſque præſentiam Ducis *Aurelianenſis*. Teſte ut ſuprà 17. Septembris.

Digitized by Google

Salvus conductus pro *Willelmo Burgoigne* versùs quaſcunque partes ſibi placuerit tranſeundo pro finantia *Thomæ Rempſton*, Militis, priſonarii. Teſte ut ſuprà 1. Septembris.

Nicholaus Banaſtre Vitellarius caſtri *Rothomagenſis*, qui in comitiva *Johannis* ſe dicentis Comitem de *Arundel*, Capitanei caſtri prædicti. Teſte ut ſuprà 5. Novembris.

Membrana 15.

Rex conſtituit *Johannem* Epiſcopum *Roffenſem*, *Johannem Faſtolfe*, Militem, & Magiſtrum *Thomam de Bekyngton*, Ambaſſiatores ſuos ad tractandum cum Commiſſariis *Karoli de Valois* de pace. Teſte ut ſuprà 1. Decembris.

Rex conſtituit *Thomam* Epiſcopum *Wigornienſem*, *Willelmum* Priorem Sanctæ Trinitatis *Norwici*, Magiſtrum *Thomam Broune* Decanum de *Sarum*, & Magiſtrum *Johannem Symendeſbrowe* Archidiaconum de *Wilts*, Ambaſſiatores ſuos ad tractandum in generali Concilio apud *Baſiliam* in hiis quæ fidei Orthodoxæ conſervationem concernunt & præſertim reductionem Boemorum ad Sanctæ Matris Eccleſiæ integritatem. Teſte ut ſuprà.

De requeſtu ex parte Epiſcopi *Wigornienſis*, ad generale Concilium apud *Baſiliam* tranſeundi in Ambaſſiata ut ſuprà. Teſte ut ſuprà 28. Novembris.

Conſimilis requeſtus ex parte Epiſcopi *Roffenſis*, *Johannis Faſtolfe*, Militis, & Magiſtri *Thomæ Bekyngton* in Ambaſſiata Regis ad longinquas mundi partes tranſeundis pro certis negotiis expediendis. Teſte ut ſuprà 1. Decembris.

Membrana 14.

De requeſtu ex parte Fratris *Willelmi* Prioris Sanctæ Trinitatis *Norwici*, tranſeundi ad varias mundi partes ſuper certis negotiis Regem tangentibus. Data apud *Weſtminſter* 18. Decembris.

De licentia danda *Thomæ Broune* Decano *Sarum*, quòd ipſe poſſit cariare trecentas libras extra regnum pro expenſis ſuis apud *Baſileam*. Teſte ut ſuprà.

De licentia danda eidem *Thomæ* redeundi in *Angliam*, quòd ſi contigerit ipſum in infirmitate corporis gravari. Teſte ut ſuprà.

De licentia danda Magiſtro *Philippo Burton*, qui ad generale Concilium *Baſileenſe* pro Clero regni *Angliæ* profecturus eſt, quòd ipſe aurum & argentum extra regnum cariare poſſit. Teſte ut ſuprà.

Salvus conductus pro Domino *Deſinac* Conſiliario Ducis de *Bourbon*, in regnum *Angliæ* veniendo pro complemento appunctuamenti inter Regem & præfatum Ducem pro deliberatione ſua. Teſte ut ſuprà.

Pro Epiſcopo *Wintonienſi* de licentia traducendi ad generale Concilium *Baſileenſe*, jocalia & maſſam ad valorem quinque millium marcarum, ac apparatum pro perſona ſua, ut pote mitram ſuam, Crucem, & cætera Pontificalia pro celebrando neceſſaria, necnon ſummam decem millium librarum in auto vel moneta. Teſte ut ſuprà 20. Novembris.

Membrana 13.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui in partibus *Franciæ* morantur,

Johannes Faſtolfe, Miles. Teſte ut ſuprà 20. Novembris.

Johannes Beaufort Comes *Somerſet*. Teſte ut ſuprà 20. Octobris.

Johannes Anſty Senior, qui in partibus *Picardiæ* moratur. Teſte ut ſuprà 16. Februarii.

Salvus conductus pro *Benedicto Vaux*, versùs partes *Franciæ* tranſeundo cum auro & argento pro expenſis *Thomæ de la Pole*, obſidis pro *Willelmo de la Pole* Comite *Suffolc*, fratre ſuo in cuſtodia Baſtardi d'*Orleans*. Teſte ut ſuprà 3. Decembris.

Salvus conductus pro *Willelmo Burgoign* versùs partes *Franciæ* tranſeundo pro acquietatione ſigilli *Edmundi* Comitis de *Mortaigne*, pro *Thoma* nuper Comite de *Perche* fratre ſuo poſiti, ac pro deliberatione *Thomæ Rempſton*, priſonarii ibidem. Teſte ut ſuprà.

Membrana 12.

De licentia traducendi frumentum uſque civitatem de *Paris*, pro relevamine ino-

Digitized by Google

AN. DOM. 1432. 1433.

piæ ſubditorum ibidem. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 7. Februarii. (Vide *Membranam 11.*)

Membrana 11.

Salvus conductus pro *Johanne Saveuſe*, Armigero, versùs partes *Franciæ* tranſeundo ad tractandum cum Baſtardo d'*Orleans*, pro deliberatione *Willelmi de la Pole* Comitis *Suffolc.* Teſte ut ſuprà 22. Februarii.

Salvus conductus pro *Bernardo de Geneſtell*, in regnum *Angliæ* veniendo tam pro deliberatione *Johannis de Talbot*, Militis, & obſidum ſuorum, quàm de *Poton de Saintrailles*, priſonarii in *Anglia.* Teſte ut ſuprà 12. Februarii.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia.* Teſte ut ſuprà 22. Julii.

De inquirendo de diſſenſionibus inter Locumtenentem & Soldarios *Caleſiæ.* Teſte ut ſuprà 21. Februarii. [Vide *Membranam 10.*]

De requeſtu ex parte Archiepiſcopi *Eborum* tranſeundi versùs *Papam* & ad Concilium *Baſileenſe* in Ambaſſiata Regis, necnon ad varias mundi partes ſuper certis negotiis Regem tangentibus. Teſte ut ſuprà 8. Februarii.

Membrana 10.

Thomas Bodulgat de comitatu *Cornubiæ* Armiger, versùs partes *Franciæ* profecturus, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 25. Februarii.

Conſimiles literas habet *Henricus* Epiſcopus *Wyntonienſis* Cardinalis, qui versùs cariſſimum fratrem Regis Regem *Romanorum* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 20. Februarii.

Robertus Nevyll Epiſcopus *Sarum*, qui versùs generale Concilium profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà.

Conſimiles literas habet *Johannes Colville*, Miles, qui in Ambaſſiata Regis ad Papam ut ſuprà. Teſte ut ſuprà 24. Martii.

Robertus Epiſcopus de *London* qui in Ambaſſiata ut ſuprà, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 24. Martii.

Conſimiles literas habet *Willelmus Charteſley* de *Terling* in comitatu *Eſſex* Armiger, qui in comitiva Epiſcopi de *London* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà.

Pro *Johanne Coleville* de licentia monetam, platam & jocalia extra regnum *Angliæ*, &c. Teſte ut ſuprà 26. Novembris.

Pro Epiſcopo de *London* de licentia traducendi monetam, &c. extra regnum ut ſuprà. Teſte ut ſuprà 20. Martii.

De requeſtu ex parte Epiſcopi de *London*, tranſeundi ad generale Concilium in Ambaſſiata Regis. Teſte ut ſuprà 28. Martii.

Membrana 9.

Rex ordinavit Archiepiſcopum *Eborum* ad tranſeundum in Ambaſſiata ſua penes *Papam*, ac ad generale Concilium. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. Novembris.

Pro eodem Archiepiſcopo percipiendo mille marcas pro uno anno pro expenſis ſuis apud Concilium. Teſte ut ſuprà.

Pro eodem Archiepiſcopo quod nulla ſecta ſeu proceſſus versùs ipſum fiat pro tempore quo ipſe extra regnum exiſtet. Teſte ut ſuprà.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes *Franciæ* profecturi ſunt,

Alanus Buxhull, Miles. Teſte ut ſuprà 10. Martii.

Johannes Paſsheley de comitatu *Kantiæ*, Miles. Teſte ut ſuprà 18. Martii.

Ricardus Peney de *Longſtratton* in comitatu *Norfolc* generoſus. Teſte ut ſuprà 19. Martii.

Johannes Epiſcopus *Bangorenſis*, qui pro Clero *Angliæ* ad generale Concilium profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 24. Martii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, versùs partes tranſmarinas profecturi,

Robertus Roos, Miles. Teſte ut ſuprà 15. Aprilis.

Robertus Harecourt, Armiger. Teſte ut ſuprà 23. Aprilis

Pro Epiſcopo de *Lincoln*, qui versùs villam *Caleſiæ* tranſmeabit ad obviandum Duci de *Bedford*, pro certis materiis Regem & regna ſua concernentibus quod ipſe monetam ultra mare ſecum cariare poſſit. Teſte ut ſuprà 21. Martii.

Digitized by Google

AN. DOM. 1432. 1433.

Pro Abbate *Glaſtonienſi* qui ad generale Concilium profecturus eſt pro Clero regni *Angliæ*, quòd ipſe aurum & argentum extra regnum ſecum ducere poſſit. Teſte ut ſuprà 6. Maii.

Membrana 8.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes *Franciæ* profecturi ſunt,
Johannes Burton de *Coventry* in comitatu de *Warwic* generoſus. Teſte ut ſuprà 22. Martii.
Godefridus Hylton de *Waſſand* in comitatu *Eborum*. Teſte ut ſuprà.

De requeſtu ex parte Magiſtri *Thomæ Chapman* Theologi Eccleſiæ *Limericenſis*, ad generale Concilium *Baſileenſe* tranſeundo pro certis negotiis Regis expediendis. Teſte ut ſuprà.

Membrana 7.

Pro Archiepiſcopo *Eborum*, quòd ipſe ſummam duarum millium librarum in auro & argento, ac in plata mille librarum extra regnum ſecum cariare poſſit. Teſte ut ſuprà 20. Februarii.

Salvus conductus pro Secretario Ducis *Aurelianenſis*, versùs partes ſuas proprias tranſeundo pro certis negociis dicti Ducis expediendis. Teſte ut ſuprà 15. Aprilis.

Pro Magiſtro *Willelmo Lyndwode* Cuſtode privati ſigilli, Magiſtro *Reginaldo Kentwode* Decano Sancti Pauli de *London*, *Willelmo Eſtfeld*, *Johanne Wellys*, Magiſtro *Thoma Bekyngton*, *Waltero Pole*, Milite, & Magiſtro *Johanne Stokes* ad tractandum cum commiſſariis Ducis *Britanniæ* ſuper reformatione attemptatorum contra pacem. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. Martii.

Johannes Abbas Sancti *Albani*, qui ad generale Concilium profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 7. Maii.

Conſimiles literas habet *Ricardus Drayton* de comitatu *Oxon*, Armiger, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 24. Aprilis.

Membrana 6.

Marmaducus Epiſcopus *Karliolenſis* qui ad generale Concilium pro Clero *Angliæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 22. Aprilis.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti ad partes tranſmarinas profecturi,
Johannes Chambre, Armiger. Teſte ut ſuprà 23. Aprilis.
Rogerus Leukenore, Armiger. Teſte ut ſuprà 14. Februarii.

Salvus conductus pro *Touſſaints de Chaſtel* ſerviente *Caroli d'Artois* Comitis de *Eu*, veniendo in *Angliam* cum auro & argento pro expenſis ipſius Comitis. Teſte ut ſuprà 27. Maii.

Salvus conductus pro *Poton de Saintrailles* priſonario Comitis de *Warwic*, extra regnum tranſeundo cum quinquaginta hominibus in comitiva ſua pro finantia ſua quærenda. Teſte ut ſuprà 22. Julii.

Membrana 5.

Salvus conductus pro *Willelmo Boteler* in regnum *Franciæ* tranſeundo pro deliberatione *Thomæ Rempſton*, Militis. Teſte ut ſuprà 26. Maii.

Salvus conductus pro *Johanne Thibaut* Clerico & ſerviente *Johannis de Vendoſme*, Vidaſme de *Chartres*, priſonarii Domini de *Hungerford*, veniendo in *Angliam* ad tractandum cum prædicto Domino *Hungerford*, pro finantia prædicti Vidaſme. Teſte ut ſuprà 11. Julii.

Walterus Ungle, Armiger, qui in partibus tranſmarinis moratur, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 12. Maii.

Literas de protectione habent ſubſcripti qui in partibus tranſmarinis morantur,
Rogerus Pierpoint de *Landford* generoſus. Teſte ut ſuprà 25. Julii.
Thomas Kyriel, Miles. Teſte ut ſuprà 16. Julii.

Membrana 4.

Pro *Radulfo Sage* in Ducatu *Normanniæ* & heredibus ſuis, quòd ipſi ſint indigenæ. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 8. Julii.

Pro eodem *Radulfo Sage* percipiendo annuatim quadraginta libras ad receptum Scaccarii. Teſte ut ſuprà 11. Auguſti.

Digitized by Google

An. Dom. 32. 1433.

Membrana 3.

Salvus conductus pro Nunciis veniendis apud villam de *Calais*, ſuper pace facienda inter Regem *Angliæ* & *Daulphin de Viennois*. Data apud *Weſtminſter* 15. Auguſti.

Membranæ 2. & 1.

Salvus conductus pro Duce d'*Orleans* apud villam de *Calais* veniendo ſuper pace facienda inter Regem & *Daulphin de Viennois*. Data ut ſuprà.

Conſimiles literas de ſalvo conductu habent ſubſcripti,

La Reyne de Sicile.	200.	Chevaux.
Charles d'Anjou.	60.	Chevaux.
Jehan qui ſe dit Duc d'*Alençon.*	100.	
Artur de Bretagne.	100.	
Richard ſon frere.	50.	
Charles de Bourbon ſoy diſant pour Comte de *Clermont.*	80.	
Le Baſtard d'Orleans.	60.	
Le Comte d'Armagnac.	100.	
Le Comte de Foix.	100.	
Le Comte de Perdriac.	60.	

An. Dom. 1433. 1434.

Rotulus Franciæ de anno 12. *Henrici VI.*

Membrana 15.

Johannes Bedford qui in comitiva *Johannis*, ſe dicentis Comitem de *Arundel* in partibus *Franciæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 11. Octobris.

Conſimiles literas habent ſubſcripti ad partes *Picardiæ* profecturi,

Johannes Brynkeley de *Stanbrigge* in comitatu *Suthampton*, Armiger. Teſte ut ſuprà 27. Octobris.

Willelmus Pyrton, Armiger. Teſte ut ſuprà 17. Novembris.

Salvus conductus pro *Petro Bartholo* de *Italia*, versùs quaſcunque partes ſibi placuerit tranſeundo ad proſequendum ibidem pro deliberatione diverſorum priſonariorum. Teſte ut ſuprà 16. Decembris.

Membrana 14.

Salvus conductus pro *Johanne le Gantier* ſerviente *Baſtardi d'Orleans*, in *Angliam* veniendo pro ſolutione magnæ partis redemptionis Comitis de *Suffolc* habenda. Teſte ut ſuprà 25. Decembris.

Salvus conductus pro *Johanne de Vendoſme*, Milite, & aliis in regnum *Angliæ* veniendis ad præſentiam *Walteri Hungerford*, Militis, pro finantia *Johannis de Vendoſme* Vidaſme de *Chartres*, priſonarii prædicti *Walteri*. Teſte ut ſuprà. [Vide *Membranam 13.*]

De peregrinis versùs *Sanctum Jacobum* traducendis Teſte ut ſuprà 31. Januarii.

Membrana 13.

Literas de protectione habent ſubſcripti, ad partes *Franciæ* profecturi,

Hugo Boxley generoſus. Teſte ut ſuprà 1. Martii.

Johannes Dominus *Talbot* & *Furnival.* Teſte ut ſuprà 25. Februarii.

De licentia traducendi peregrinos versùs *Sanctum Jacobum*, & quòd iidem peregrini ſacramentum præſtent quòd ipſi aliqua nobis & regno noſtro prejudicialia non facient, nec aurum vel argentum ſecum deferent ultra expenſas ſuas. Teſte ut ſuprà 25. Martii.

Membrana 12.

De licentia danda *Nicholao Bernardin*, traducendi treſcentos arcus, treſcentos truſſellos ſagittarum cum cordis eiſdem arcubus pertinentibus uſque villam de *Rouen*. Teſte ut ſuprà 20. Februarii.

Arnaldus

Digitized by Google

AN. DOM. 1433. 1434.

Arnaldus Savage, Armiger, qui in partibus *Franciæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 6. Junii.

Conſimiles literas habet *Henricus Bromſtete*, Miles, qui in Ambaſſiata Regis ad generale Concilium *Baſileenſe* profecturus eſt.

Salva gardia pro Mercatoribus de *Hamburgh* in *Alemannia*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 22. Aprilis.

Salvus conductus pro *Johanne de Torres* de *Iſpania*, Milite, veniendo in *Angliam* uſque præſentiam Regis. Teſte ut ſuprà 25. Februarii.

Salvus conductus pro *Johanne de Vendoſme*, Milite, Vidaſme de *Chartres*, priſonario *Walteri Hungerford*, Militis, versùs partes ſuas proprias tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 30. Aprilis.

Membrana 11.

Salvus conductus pro *Petro le Boulengier* extra regnum *Angliæ* versùs præſentiam tam Duciſſæ de *Bourbon*, quàm *Caroli* filii *Johannis* nuper Ducis de *Bourbon* tranſeundo pro certis pecuniarum ſummis ſolvendis creditoribus ipſius nuper Ducis. Teſte ut ſuprà 12. Februarii.

De licentia danda Epiſcopo *Aquenſi* (*d'Acqs*) de auro & argento tranſportando ad generale Concilium *Baſileenſe*. Teſte ut ſuprà 22. Februarii.

Literas de protectione habent ſubſcripti versùs partes tranſmarinas profecturi,

Johannes Talbot, Miles. Teſte ut ſuprà 20. Martii.

Johannes Bealknap, Armiger. Teſte ut ſuprà 13. Maii.

Membrana 10.

Johannes Comes de *Arundel*. Teſte ut ſuprà.

Henricus Bromſtete, Miles. Teſte ut ſuprà 5. Maii.

Willelmus Cherteſey, Armiger. Teſte ut ſuprà 9. Maii.

Membrana 9.

De peregrinis traducendis versùs *Sanctum Jacobum*, qui præſtent ſacramentum, &c. ut ſuprà. Teſte ut ſuprà 8. Maii.

Willelmus Oldhalle, Miles, versùs partes *Normanniæ* profecturus, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 12. Julii.

Johannes Lampet, Armiger, versùs eaſdem partes profecturus, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 22. Maii.

Membrana 8.

Salvus conductus pro ſervitoribus *Jacobi* Regis de *Sicille*, veniendis in *Angliam* uſque *Euſtachium Gaudin*, Militem, ad appunctuandum cum eo de recompenſatione quam prædictus Rex *Jacobus* vult facere. Teſte ut ſuprà 13. Maii.

Salvus conductus pro ſerviente *Caroli d'Artois* Comitis de *Eu*, priſonarii Regis veniendo in *Angliam* cum auro & argento pro expenſis ejuſdem Comitis. Teſte ut ſuprà 2. Junii.

Literas de protectione habent ſubſcripti versùs partes *Franciæ* profecturi,

Willelmus Graunt de *Stempſton* in comitatu *Devon* generoſus. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 3. Maii.

Johannes Serle de *Coventre*. Teſte ut ſuprà 4. Junii.

Thomas Longford, Armiger. Teſte ut ſuprà 12. Junii.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti ad partes *Franciæ* profecturi,

Thomas Hoo, Armiger. Teſte ut ſuprà 8. Junii.

Robertus Willoughby, Chivaler. Teſte ut ſuprà 10. Junii.

Johannes Tailboys junior, Armiger. Teſte ut ſuprà 11. Junii.

Membrana 7.

Ricardus Drylond, Armiger. Teſte ut ſuprà 17. Junii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, ad, &c. ut ſuprà.

Nicholaus Burdet, Miles.
Willelmus Nichol, Armiger. } Teſte ut ſuprà 15. Junii.

Willelmus Anderby de *London*, generoſus.
Thomas Weſt de *London*, Armiger. } Teſte ut ſuprà 17. Junii.

Digitized by Google

Membrana 6.

Johannes Burgh de *Calthorpe*, Armiger, ad partes *Franciæ* profecturus, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 8. Julii.

Salvus conductus pro *Willelmo le Bourgouin* ſerviente Ducis de *Orleans*, versùs partes *Franciæ* tranſeundo ad tractandum cum *Tanneguy du Chaſtel*, pro deliberatione *Thomæ Rempſton* priſonarii ibidem. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 15. Julii.

Membrana 5.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, versùs partes tranſmarinas profecturi, videlicet,

Johannes Faſtolfe, Miles. Teſte ut ſuprà 26. Junii.

Godefridus Hilton de *Irneam* in comitatu *Lincoln*, Miles. Teſte ut ſuprà 12. Junii.

Membrana 4.

Rex conſtituit *Johannem* Ducem de *Bedford*, Locumtenentem in villa & caſtro *Caleſiæ* ac marchiis de *Calais*, & in partibus *Picardiæ*, *Flandriæ* & *Artois*. Teſte ut ſuprà 12. Julii.

Rex conceſſit eidem *Johanni* Duci de *Bedford*, cuſtodiam turris de *Ryſebanc*, ac caſtrorum de *Hammes*, *Marke*, *Oye*, *Sandgate* & *Banelingham*, ac ipſum conſtituit Capitaneum eorundem. Teſte ut ſuprà.

Membrana 3.

Pro Theſaurario & Vitellario villæ *Caleſiæ* recipiendo ſubſidium lanarum & pellium lanutarum. Teſte ut ſuprà.

Membrana 2.

De poteſtate commiſſa Ambaſſiatoribus Regis, videlicet *Roberto Londonenſi*, *Philippo Lexovienſi*, *Johanni Roffenſi*, *Johanni Baionenſi*, & *Bernardo Aquenſi*, Epiſcopis, ac *Edmundo* Comiti *Moritonii*, *Nicholao* Abbati *Glaſtonienſi*, *Willelmo* Abbati *Eborum*, *Willelmo* Priori *Norwicenſi*, necnon *Henrico Bromflete* Militi, Magiſtro *Thomæ Broune* Decano *Sarum*, *Johanni Colville* Militi, Magiſtro *Petro Mauritii*, & Magiſtro *Nicholao David*, ad intereſſendum Concilio *Baſileenſi*. Data in palatio de *Weſtminſter* 10. Julii.

Membrana 1.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes *Franciæ* profecturi ſunt, videlicet,

Johannes Dominus de *Clynton*. Teſte ut ſuprà 20. Maii.

Robertus Saltmarsh, Armiger. Teſte ut ſuprà 8. Julii.

Willelmus Lawney, de comitatu *Suffolc* Armiger. Teſte ut ſuprà 14. Junii.

Johannes Dux de *Bedford*. Teſte ut ſuprà.

An. Dom. 1434. 1435.

Rotulus Franciæ de anno 13. Henrici VI.

Membrana 11.

SAlvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. Octobris.

Salvus conductus pro *Willelmo le Bourgoing* ſerviente Ducis de *Orleans* versùs partes *Franciæ* tranſeundo ad tractandum cum *Tanneguy de Chaſtel* pro deliberatione *Thomæ Rempſton*, priſonarii. Teſte ut ſuprà 4. Novembris.

De officio Ballivi aquæ villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Radulfo Wadderwyk*, Armigero. Teſte ut ſuprà 24. Octobris.

Salvus conductus pro *Juliano le Roy*, & *Johanne Briant*, priſonariis *Roberti Willoughby*, Militis, versùs partes *Franciæ* tranſeundis pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 24. Novembris.

Digitized by Google

AN. DOM. 1434. 1435.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui in partibus *Franciæ* morantur,
Willelmus Lucy, Miles, Capitaneus caſtri de *Vernon*. Teſte ut ſuprà 7. Februarii.
Willelmus Peverell, de comitatu *Eſſex* Armiger. Teſte ut ſuprà.

Membrana 10.

Johannes Drayton, de comitatu *Oxon* Armiger. Teſte ut ſuprà 28. Januarii.
Johannes Dominus *Leſcrop*, qui in Ambaſſiata versùs Magiſtrum generalem Ordinis *Sancti Johannis de Jeruſalem* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 29. Januarii.
De licentia danda *Roberto Malory* Priori Hoſpitalis *Sancti Johannis de Jeruſalem* in *Anglia*, ad cariandum aurum & argentum, ac vaſa argentea extra regnum, qui ad partes de *Rhodes* ad reſiſtentiam *Soldani* & poteſtatis ſuæ profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 25. Januarii.

Membrana 9.

De licentia danda *Johanni* Comitis de *Oxon*, quòd ipſe extra regnum versùs *Terram Sanctam* tranſire poſſit. Teſte ut ſuprà 5. Februarii.
De licentia danda eidem Comiti, quòd ipſe ſecum monetam extra regnum ducere poſſit. Teſte ut ſuprà.
De licentia danda *Johanni* Domino *Leſcrop* tranſeundo in Ambaſſiata versùs Magiſtrum generalem Ordinis *Sancti Johannis de Jeruſalem*, quòd ipſe monetam extra regnum cariare valeat. Teſte ut ſuprà 29. Januarii.
De licentia danda eidem Comiti, quòd ipſe versùs *Terram Sanctam* peregrè tranſire poſſit. Teſte ut ſuprà.

Membrana 8.

Henricus Huſey, Miles, versùs partes tranſmarinas profecturus, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 2. Junii.
Literas de protectione habent ſubſcripti versùs partes tranſmarinas profecturi,
Adam Froſt, Armiger. Teſte ut ſuprà 27 Julii.
Robertus Byrne, Armiger. Teſte ut ſuprà 11. Julii.

Membrana 7.

De poteſtate commiſſa Ambaſſiatoribus Regis ad intereſſendum Concilio *Baſileenſi*. Data apud *Weſtminſter* 10. Februarii.
Pro Magiſtro *Johanne Stokes*, Magiſtro *Stephano Wilton*, & *Ricardo Sellyng* Armigero, ad tractandum cum Duce *Bavariæ* ſuper ſolutione ſummarum debitarum eidem Duci. Teſte ut ſuprà 14. Februarii. [Vide *Membranam 8.*]
Pro Magiſtris *Johanne Stokes*, & *Stephano Wilton*, ac *Ricardo Brokeland*, ac *Ricardo Sellyng*, Armigeris, & *Thoma Borowe* mercatore, ad tractandum cum Ambaſſiatoribus Magiſtri *Teuthonicorum*, & incolarum *Pruſſiæ* & *Hanſæ* ſuper reformatione attemptatorum. Teſte ut ſuprà.
Pro *Roberto Shoteſbroke* Milite, Magiſtris *Johanne Stokes*, & *Stephano Wilton*, *Ricardo Wideville*, *Ricardo Bokeland*, *Ricardo Sellyng*, Armigeris, *Johanne Michel*, *Thoma Chalton*, *Hamone Sutton*, *Rogero Knyght*, *Thoma Gare*, & *Ricardo Water*, ad tractandum cum Ambaſſiatoribus Ducis *Burgundiæ*, ac gentium villarum quatuor membrorum principalium *Flandriæ*, ſuper modificatione ordinationum. Teſte ut ſuprà.
De requeſtu ex parte Magiſtrorum *Johannis Stokes*, & *Stephani Wilton* ac *Ricardi Selyng* Armigeri, tranſeundorum ad diverſas partes mundi longinquas pro certis negotiis Regis agendis. Teſte ut ſuprà.

Membrana 6.

Literas de protectione habent ſubſcripti versùs partes *Franciæ* profecturi,
Johannes Chriſtofre de *Colcheſtre* in comitatu *Eſſex* generoſus. Teſte ut ſuprà 29. Maii.
Johannes Kebyll de *London* generoſus. Teſte ut ſuprà 1. Junii.

Membrana 5.

Ricardus Pemberton, Armiger. Teſte ut ſuprà 11. Junii.

Digitized by Google

An. Dom. 1434. 1435.

Johannes Creſſy, Miles. Teſte ut ſuprà 14. Junii.
Johannes Nanfan, Armiger. Teſte ut ſuprà 8. Junii.
Edmundus Paſsheley, Armiger. Teſte ut ſuprà 26. Junii.
Rogerus Felyce de *Gyſlingham* in comitatu *Suffolc* generoſus. Teſte ut ſuprà.

De licentia danda Epiſcopo *Menevenſi*, quòd ipſe aurum & argentum extra regnum ſecum cariare poſſit, qui in Ambaſſiata versùs civitatem *Atrebatenſem* (*Arras*), pro tractatu pacis inter Regem & Adverſarium *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 28. Junii.

Membrana 4.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti ad partes tranſmarinas profecturi,
Willelmus Hante, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. Octobris.
Johannes Clyfton, Miles. Teſte ut ſuprà 5. Julii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, ad partes tranſmarinas profecturi,
Robertus Shoteſbroke, Miles. Teſte ut ſuprà 2. Julii.
Robertus Dominus de *Willughby*. Teſte ut ſuprà 26. Junii.
Henricus Chappe, de comitatu *Norfolc* Armiger. Teſte ut ſuprà 15. Julii.
Renfridus Arundel, de comitatu *Cornubiæ* Armiger. Teſte ut ſuprà 14. Julii.
Henricus Cardinalis *Angliæ*, ac Epiſcopus *Wyntonienſis*, qui in negotiis Regis versùs civitatem *Atrebatenſem* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 30. Junii.

Membrana 3.

Thomas Lucas de comitatu *Hertford*, Armiger. Teſte ut ſuprà 18. Julii.

Pro *Johanne* Comite de *Huntingdon*, qui cum aliis versùs civitatem *Atrebatenſem* pro tractatu pacis inter Regem & Adverſarium *Franciæ*, quòd ipſe aurum & argentum extra regnum cariare poſſit. Teſte ut ſuprà 15. Julii.

Salvus conductus pro *Willelmo de Braquemont*, & aliis *Francigenis* in *Angliam* veniendis pro finantia *Andreani* Domini de *Rambures*, priſonarii Comitis de *Stafford*. Teſte ut ſuprà 18. Julii.

Membrana 2.

Literas de protectione habent ſubſcripti ad partes tranſmarinas profecturi,
Johannes Lakenham generoſus. Teſte ut ſuprà 28. Julii.
Johannes Holcombe de *Baddeſley*, in comitatu *Suthampton* Armiger. Teſte ut ſuprà.
Edmundus Waſteley de *Eccleſton*, in comitatu *Lancaſtriæ* Armiger. Teſte 22. Julii.
Nicholaus Preſton de *Preſton*, Armiger. Teſte ut ſuprà.

De poteſtate commiſſa *Roberto Willoughby*, Militi, ducendi & gubernandi ſoldarios, &c. Teſte ut ſuprà 24 Julii.

Membrana 1.

Pro *Philippo* Duce *Burgundiæ*, Archiepiſcopo *Eborum*, Epiſcopis *Morinenſi* (de *Teroüenne*), *Lexovienſi* (de *Liſieux*), *Norwicenſi*, & *Menevenſi*, *Johanne de Huntingdon*, *Lodowico Sancti Pauli*, *Willelmo de Suffolc*, & *Johanne* de *Lunaco*, Comitibus, ac *Johanne* Domino de *Lille-Adam*, *Waltero* Domino de *Hungerford* & aliis, ad tractandum de pace cum Commiſſariis Adverſarii *Franciæ* apud civitatem *Atrebatenſem*. Teſte ut ſuprà 20. Junii.

Rotulus Franciæ de anno 14. Henrici VI.

An. Dom. 1435. 1436.

Membrana 23.

Rex conſtituit *Johannem Solers* vitellarium caſtri de *Guiſnes*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. Octobris.

Salvus conductus pro *Percivallo* de *Cambro*, & *Carolo de Marreis*, Armigeris, in regnum *Franciæ* tranſeundis pro finantia *Andreæ de Rambures* Militis, priſonarii Comitis de *Stafford*. Teſte ut ſuprà 26. Novembris.

Digitized by Google

AN. DOM. 1435. 1436.

Rex conſtituit *Humfridum* Ducem *Glouceſtriæ*, Capitaneum villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 1. Novembris.

Ludowicus de Caſter, Armiger, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 16. Januarii.

Membrana 22.

Pro *Henrico* Cardinali *Angliæ*, *Philippo* Duce *Burgundiæ*, *Johanne* Archiepiſcopo *Eborum*, *Ludowico* Epiſcopo *Morinenſi*, *Willelmo* Epiſcopo *Norwicenſi*, ac *Johanne* Comite de *Huntingdon*, *Willelmo* Comite *Suffolk*, & *Walstero* Domino de *Hungerford* ad contrahendum ſponſalia cum primogenita vel alia de filiabus *Caroli de Valeſio* avunculi Regis & Adverſarii *Franciæ*. Data . . .

Salvus conductus pro *Johanne de Vendoſme* Milite, & *Blanchet d'Eſtouteville* Armigero, obſidibus pro *Johanne de Vendoſme* Milite, Vidaſme de *Chartres*, versùs partes *Franciæ* tranſeundo. Teſte ut ſuprà 26. Octobris.

De officio vocato alto Baillagio Comitatûs de *Guiſnes*, conceſſo *Johanni Solers* Armigero. Teſte ut ſuprà 3. Octobris.

Membrana 21.

Rex conſtituit *Ricardum Wodeville*, Armigerum, Locumtenentem villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 1. Octobris.

De officio Vicecomitis de inſula de *Jereſey*, conceſſo *Johanni Stibe*. Teſte ut ſuprà 7. Novembris.

De officio Janitoris caſtri de *Jereſey*, conceſſo *Thomæ Coupeland*. Teſte ut ſuprà.

De officio Janitoris caſtri de *Caſtel Cornet* infra inſulam de *Jereſey*, conceſſo *Johanni Phelips*. Teſte ut ſuprà.

Rex conſtituit *Thomam de la Court* ballivum de inſula de *Jereſey*. Teſte ut ſuprà 8. Novembris.

De officio de la Prevoſté de inſula de *Guernſey*, conceſſo *Petro Guillem*. Teſte ut ſuprà 12 Novembris.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 6. Novembris.

Thomas Braunſby generoſus, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 26. Novembris.

Membrana 20.

Rex conſtituit *Humfridum* Ducem *Glouceſtriæ*, Locumtenentem villæ & caſtri de *Caleſia*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. Novembris.

Rex conceſſit eidem Duci cuſtodiam villæ & caſtri de *Caleſia*. Teſte ut ſuprà.

Rex conceſſit eidem Duci cuſtodiam turris de *Ryſbanc* ac caſtrorum de *Hammes*, *Marke*, *Oye*, *Sandgate* & *Banelingham*, ac ipſum conſtituit Capitaneum eorundem. Teſte ut ſuprà.

Johannes Comes de *Somerſet*, qui in partibus tranſmarinis moratur, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 25. Octobris.

Henricus Boſon, Armiger, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 1. Decembris.

Membrana 19.

Pro *Willelmo Fletcher* & aliis, quòd ipſi vendant lanas apud *Caleſiam* pro ceteris mercatoribus. Teſte ut ſuprà 2. Decembris.

Henricus Norton de *Wyndſore* Armiger, qui ad partes *Picardiæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà.

Conſimiles literas habent ſubſcripti, qui ad partes *Franciæ* profecturi ſunt,

Ricardus Serehy de *Kingeſton ſuper Hull*, Armiger. Teſte ut ſuprà 8. Decembris.

Henricus Norbury, Miles. Teſte ut ſuprà.

Ricardus Chambur de comitatu *Salop* generoſus. Teſte ut ſuprà 10. Decembris.

Johannes Hend, Armiger. Teſte ut ſuprà 18. Decembris.

Johannes Archer de *Stoke Dabernon* in comitatu de *Surrey* generoſus. Teſte ut ſuprà 22. Decembris.

Digitized by Google

AN. DOM. 1435. 1436.

Johannes Bealknap, Armiger. Teſte ut ſuprà 20. Decembris.
Willelmus Mortymer generoſus. Teſte ut ſuprà.
Johannes Wilton, qui in comitiva *Walteri Creſſoner* Armigeri, Capitanei caſtri & villæ de *Crotoy* moratur. Teſte ut ſuprà 16. Decembris.

Membrana 18.

Pro *Roberto Cliſton*, Milite, ac Magiſtro *Stephano Wilton* Ambaſſiatoribus Regis, ad tractandum cum Archiepiſcopo *Colonienſi* de amicitiis, de & ſuper homagio ſatisfaciendo Regi *Angliæ*. Data apud *Weſtminſter* 15. Decembris.
Conſimilis commiſſio fit eiſdem Ambaſſiatoribus, ad tractandum cum Epiſcopo *Leodienſi*. Data ut ſuprà.
Conſimilis commiſſio fit eiſdem Ambaſſiatoribus, ad tractandum cum Comite de *Meurs*. Data ut ſuprà.
Pro *Ricardo Wodeville*, Armigero, Magiſtro *Johanne Stokes*, *Ricardo Bokeland*, Armigero, *Ricardo Sellyng*, Armigero, & *Thoma Borowe* Mercatore, Ambaſſiatoribus, ad tractandum cum Nunciis Magiſtri generalis *Beatæ Mariæ Theutonicorum*, & incolarum *Pruſſiæ* & *Hanſæ Theutonicæ*, ſuper reformatione attemptatorum contra alligantias. Teſte ut ſuprà 17. Decembris.
Pro *Willelmo Myners* Capitaneo villæ de *Hareſleur*, *Johanne Coſyn* Vicecomite d'*Arques* & *Johanne Chirwyn* Locumtenente villæ de *Honfleur*, ad capiendum monſtrum hominum ad arma & ſagittariorum de retinentiis *Henrici Norbury*, Militis, & *Ricardi Waſteneſſe*, Armigeri. Teſte ut ſuprà 10. Januarii.

Membrana 17.

Literas de protectione habent ſubſcripti, ad partes *Franciæ* profecturi,
Rogerus Felyce de *Gyſlingham*, in comitatu *Suffolc* generoſus. Teſte ut ſuprà 26. Decembris.
Willelmus Wydecombe de *Wydecombe*, in comitatu *Wilts* generoſus. Teſte ut ſuprà.
Willelmus Morfote marinarius, qui in comitiva *Willelmi de la Pole* Comitis *Suffolc*, Capitanei villæ de *Tourblaine* in *Normannia* moratur. Teſte ut ſuprà 27. Januarii.
Ricardus Ryland, de comitatu *Buks* generoſus. Teſte ut ſuprà.
Johannes Brode de *Mersham*, in comitatu *Kantiæ* generoſus. Teſte ut ſuprà 10. Februarii.
Johannes de Sutton, Chivaler. Teſte ut ſuprà 12. Februarii.
Thomas Lucas, Armiger. Teſte ut ſuprà 13. Februarii.

Membrana 16.

Salva gardia pro *Johanne Daſſe* Mercatore *Coloniæ*, in qua cartæ Regis *Edwardi III.* de confirmatione de libertatibus conceſſis Mercatoribus de *Alemannia* recitantur. Teſte ut ſuprà 8. Februarii.
Salvus conductus pro *Johanne Lendermeau* de villa de *Sancto Malo* in *Britannia*, priſonario *Johannis Cornwaill*, Militis, versùs partes *Britanniæ* tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 9. Februarii.
Johannes Creſſy, Miles, qui in partibus *Franciæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà

Membrana 15.

De confirmatione pacis inter Regem *Angliæ* & Regem *Portugalliæ*. Data in Palatio de *Weſtminſter* 18. Februarii.
Rex conſtituit *Robertum Whytingham* Cuſtodem cuneorum Regis apud *Caleſiam*. Teſte ut ſuprà 18. Februarii.
Literas de protectione habent ſubſcripti, ad partes *Franciæ* profecturi, videlicet,
Henricus Banaſtre de *Lambhith*, in comitatu *Surrey* generoſus. Teſte ut ſuprà 4. Martii.
Thomas Brauneſby de *Repon*, in comitatu *Eborum* generoſus. Teſte ut ſuprà 2. Martii.
Ricardus Waryn, de comitatu *Wilts* Armiger. Teſte ut ſuprà.

Digitized by Google

Georgius Heth de *Mildenhale*, in comitatu *Suffolc* Armiger. Teſte ut ſuprà 7. Martii.

Henricus Court, Armiger. Teſte ut ſuprà 3. Martii.

Thomas Swynford, de comitatu *Lincoln* Miles. Teſte ut ſuprà.

Membrana 14.

Salvus conductus pro *Percivallo de Cambron* & aliis Armigeris in regnum *Franciæ* tranſeundis pro finantia *Andreæ de Rambures*, Militis, priſonarii Comitis *Stafford*. Teſte ut ſuprà 24. Februarii.

De aſſignatione doris pro Duciſſa de *Bedford*. Teſte ut ſuprà 6. Februarii.

Pro *Johanne Radclyffe*, Milite, *Johanne Sutton*, Milite, Magiſtro *Johanne Stokes* & *Ricardo Selyng*, Armigero, ad tractandum cum Commiſſariis Magiſtri generalis Ordinis *Beatæ Mariæ Theutonicorum* & incolarum *Pruſſiæ* & *Hanſæ Theutonicæ*, ſuper reformatione attemptatorum contra alligantias. Teſte ut ſuprà 14. Martii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, videlicet,

Willelmus Heys, qui in comitiva *Bertini Gertweſyll* Militis, Capitanei villæ & caſtri de *Briſbec* in *Normannia* moratur. Teſte ut ſuprà 14. Martii.

Normannus Waſſebourne, Armiger, qui in partibus *Franciæ* moratur. Teſte 16. Februarii.

Rogerus Legh de *London* Heraud, aliàs dictus *Rogerus Glouceſter*, aliàs dictus *Rogerus Glouceſter* de *Newington*, in comitatu *Suffolk* Heraud, qui versùs partes *Franciæ* profecturus eſt in comitiva *Ricardi* Ducis *Eborum*. Teſte ut ſuprà 4. Martii.

Edwardus Hull, Armiger, ad partes *Franciæ* profecturus. Teſte ut ſuprà 6. Martii.

Johannes Dartre, de comitatu *Eborum* Armiger. Teſte ut ſuprà.

Johannes Scudamore, de comitatu *Hereford* Armiger. Teſte ut ſuprà 23. Martii.

Membrana 13.

Pro Theſaurario *Caleſiæ* recipiendo ſubſidium lanarum pro ſolutione ſoldariorum villæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 15. Martii.

De obligatione facta per Regem *Angliæ* Duci *Bavariæ* pro ſolutione annuæ penſionis, &c. Data apud *Weſtminſter* 1. Martii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes *Franciæ* profecturi ſunt,

David Howell, Miles. Teſte ut ſuprà 5. Martii.

Kinnardus de la Bere, de comitatu *Hereford* Armiger. Teſte ut ſuprà 4. Maii.

Johannes Gantron, Armiger. Teſte ut ſuprà 24. Aprilis.

Membrana 12.

Theobaldus Gorges de *Wroxhale*, in comitatu *Somerſet* Miles. Teſte ut ſuprà 27. Aprilis.

Galfridus Don, Armiger. Teſte ut ſuprà 2. Maii.

Johannes Radeclyffe de *Shelfangell*, in comitatu *Norfolc* Miles. Teſte ut ſuprà.

Johannes Eſtbury, Miles. Teſte ut ſuprà 3. Maii.

Rex conſtituit *Johannem Cheyne*, Armigerum, Contrarotulatorem & Superviſorem neceſſariarum reparationum de & ſuper caſtris infrà inſulas de *Jereſey*, *Guerneſey*, &c. Teſte ut ſuprà 22. Martii.

Membrana 11.

De officio Theſaurarii villæ & marchiarum *Caleſiæ*, conceſſo *Roberto Whytingham*. Teſte ut ſuprà 10. Februarii.

Præſentatio ad Eccleſiam *Sancti Martini de Covilla*, dioceſis *Conſtantienſis*. Teſte ut ſuprà 1. Aprilis.

Præſentatio ad Capellam *Beatæ Mariæ* de *Marys*, dioceſis *Conſtantienſis*. Teſte ut ſuprà.

Præſentatio ad Eccleſiam *Beati Petri de Guiſnes*. Teſte ut ſuprà 1. Maii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, ad partes *Franciæ* profecturi, videlicet,

Johannes Chamberlayne, de comitatu *Cornubiæ* Armiger. Teſte ut ſuprà 26. Aprilis.

Digitized by Google

An. Dom. 1435. 1436.

Ricardus Dixton, Armiger. } Teſte ut ſuprà 28. Aprilis.
Willelmus Warbulton, Armiger. }

Membrana 10.

Pro gentibus de *Goſsford* & *Bawedeſey*, quòd ipſi ſint quieti de cuſtuma pro vitellatione adducenda uſque villam *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 15. Maii.

Robertus Clerc, Armiger, qui ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 16. Maii.

Membrana 9.

De licentia danda Epiſcopo *Olenſi* in *Iſland*, quòd ipſe poſſit tranſmittere *Johannem May* Magiſtrum ejuſdem navis, procuratorem ſuum versùs partes *Iſland*, ad videndum Epiſcopatum ibidem, & ſibi de ſtatu & ſitu ejuſdem reportandum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 28. Maii.

Willelmus Coldyk, qui in comitiva *Walteri Creſſener* Armigeri, Capitanei caſtri & villæ de *Crotoy* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 23. Maii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, ad partes *Franciæ* profecturi, videlicet,
Willelmus Drury de *Rougham*, in comitatu *Suffolc* Miles. Teſte ut ſuprà 22. Maii.
Johannes Hill de *Brampton*, in comitatu *Oxon* generoſus. Teſte ut ſuprà.

Membrana 8.

Robertus Coveners de *Wevelcote*, in comitatu *Oxon*, Miles, Capitaneus villæ de *Saint-Lo* in partibus *Normanniæ*. Teſte ut ſuprà 10. Maii.
Thomas Gamage, Armiger. Teſte ut ſuprà 14. Maii.
Robertus Whytington, de comitatu *Glouceſter* Armiger. Teſte ut ſuprà 28. Maii.

Salvus conductus pro *Johanne de Savois*, in regnum *Franciæ* tranſeundo pro ſigillis Comitis de *Mortaigne* & Domini *Tanneguii* de *Chaſtel*, pro finantia *Thomæ* nuper Comitis *Pertici* defuncti, fratris dicti Comitis de *Mortagne* in plegiagium poſitis. Teſte ut ſuprà 12. Maii.

Salvus conductus pro *Willelmo Bouteiller* uno obſidum Ducis *Aurelianenſis*, in regnum *Franciæ* tranſeundo pro deliberatione *Thomæ Rempſton*, Militis. Teſte ut ſuprà.

Membrana 7.

Salvus conductus pro gentibus Comitis *Armaniaci* veniendis in *Angliam*, ad communicandum cum Duce *Aurelianenſi*. Teſte ut ſuprà 19. Maii.

Pro *Ricardo* Duce *Eborum*, *Lodowico* Cancellario *Franciæ*, *Ricardo* Comite *Sarum*, *Willelmo* Comite *Suffolc*, *Johanne Faſtolfe* ac *Radulfo de Sage*, Militibus, Ambaſſiatoribus Regis *Angliæ*, ad tractandum cum Commiſſariis *Caroli* Adverſarii *Franciæ* de perpetua pace. Teſte ut ſuprà 20. Maii.

Membrana 6.

Salvus conductus pro *Petro Pounteys*, *Willelmo Maynard*, *Matthæo le Corder*, *Johanne Carvill*, *Thoma Ryslen*, *Yewan Bruges* & *Johanne Carvic*, priſonariis *Thomæ Lyte* & *Thomæ Blaneford*, extra regnum tranſeundis pro finantiis ſuis. Teſte ut ſuprà 18. Junii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, ad partes *Franciæ* profecturi,
Thomas Hoo, Miles. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 19. Maii.
Johannes Eſmond, Armiger. Teſte ut ſuprà 17. Junii.

Membrana 5.

Rex conſtituit *Willelmum Cantelowe* proviſorem omnium victualium apud *Caleſiam*. Teſte ut ſuprà 30. Junii.

Pro *Roberto Vooke* conſtituto Clerico mercati infra exercitum Ducis de *Glouceſtre*. Teſte ut ſuprà 10. Julii.

Membrana 4.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, ad partes *Franciæ* profecturi,
Robertus Alyngton, Armiger. Teſte ut ſuprà 22. Maii.
Ricardus Dux *Eborum*. Teſte ut ſuprà 2. Maii.

Membrana

Digitized by Google

AN. DOM. 1435. 1436.

Membrana 3.

Rex conſtituit *Humfridum* Ducem de *Glouceſtre* Locumtenentem generalem de armata Regis, ad proficiſcendum ad partes tranſmarinas pro reſcuſſu villæ *Caleſiæ*, & pro reſiſtentia malitiæ ipſius ſe Ducem *Burgundiæ* nominantis Teſte Rege apud civitatem *Cantuariæ* 27. Julii.

Willelmus Poulet, Armiger, versùs partes tranſmarinas profecturus, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 25. Julii.

Nicholaus Bolthorp, qui in comitiva Ducis *Glouceſtriæ*, Capitanei villæ *Caleſiæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 26. Julii.

Membrana 2.

De comitatu *Flandriæ* conceſſo *Humfrido* Duci de *Glouceſtre*. Teſte ut ſuprà 30. Julii.

De requeſtu ex parte Magiſtri *Thomæ Broune*, ad varias mundi partes tranſeundi ſuper certis negotiis Regem tangentibus. Data apud *Weſtminſter* 8. Auguſti.

De licentia pro Mercatoribus inſularum de *Guerneſey* & *Jereſey*, versùs inſulas prædictas tranſeundis & in *Angliam* redeundis. Teſte ut ſuprà 9. Auguſti.

Membrana 1.

Rex conceſſit Domino de *Beaumont* comitatum de *Boulogne*. Teſte Rege apud civitatem *Cantuariæ* 10. Julii

Rotulus Franciæ de anno 15. Henrici VI.

AN. DOM. 1436. 1437.

Membrana 12.

DE conducendo *Thomam Kyriel*, Militem, ad præſentiam Ducis *Eborum*, Locumtenentis *Franciæ* & Ducatus *Normanniæ* pro negotiis Regis agendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. Decembris. (*Vide Membranam 10*).

Salvus conductus pro *Andrea de Rambures*, Milite, priſonario Comitis *Stafford*, in regnum *Franciæ* tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 5. Decembris.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Florentia*. Teſte ut ſuprà 13 Octobris.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui in partibus *Franciæ* morantur,

Henricus Norbury de *Stokey Dabernon*, in comitatu *Surrey* Miles. Teſte ut ſuprà 15. Octobris.

Thurſtanus Gillibrand de *Aſteley*, in comitatu *Lancaſtre* generoſus. Teſte ut ſuprà.

Membrana 11.

De macremiis & aliis pro villa *Caleſiæ* providendis. Teſte ut ſuprà 15. Novembris.

Willelmus Warbleton, Armiger, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 5. Maii

Membrana 10.

Salva gardia pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte ut ſuprà 7. Novembris.

Pro Epiſcopo *Norwicenſi*, *Radulfo* Domino *Cromwel*, *Johanne* Domino de *Tiptoft*, Magiſtro *Henrico Lyndewode*, *Henrico Frowyk* & Magiſtris *Johanne Stokes*, & *Willelmo Sprever*, ad tractandum cum Ambaſſiatoribus *Pruſſiæ* & *Hanſæ*, ſuper reformatione attemptatorum contra alligantias. Teſte ut ſuprà 6. Novembris.

Membrana 9.

Salvus conductus pro *Henrico Vorrac* Proconſule civitatis *Dantzik*, Ambaſſiatore magnifici generalis Magiſtri *Pruſſiæ*, & communium civitatum *Hanſæ*, *Johanne Chingenbergh* Proconſule civitatis *Lubecenſis*, *Vickone Van-Hove* Proconſule civitatis *Hamburgh*, Magiſtro *Fanbone Kedderken* & Magiſtro *Johanne Hertze* prothonotario civitatis *Lubecenſis*, Nunciis communium civitatum *Hanſæ*, in regnum *Angliæ* veniendis. Teſte ut ſuprà 26. Octobris.

Digitized by Google

An. Dom. 1436. 1437. Salvus conductus pro Domino de *Fayette* ſe dicente Mareſcallo *Franciæ*, cum centum & viginti perſonis in comitiva ſua uſque *Paris*, &c. veniendo. Teſte ut ſuprà 20. Octobris.

Membrana 8.

Johannes Poley generoſus, qui in comitiva *Roberti* Domini de *Willughby*, Capitanei caſtri & villæ de *Bayeux* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 6. Februarii.

Membrana 7.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Hanza* in *Alemannia*. Teſte ut ſuprà 4. Decembris.

De præſentatione ad liberam Capellam *Sancti Aychardi*. Teſte ut ſuprà 13. Decembris.

Pro ſubditis Regis *Portugalliæ*, liberè veniendis in *Angliam* cum mercandiſis ſuis. Teſte ut ſuprà 5. Februarii.

Membrana 6.

Rex conſtituit Magiſtrum *Andream Holes* legum Doctorem, Procuratorem ſuum in Romana Curia. Teſte ut ſuprà 27. Februarii.

Salvus conductus pro *Baldewino Sarchenny* priſonario *Henrici de Deve*, extrà regnum tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 7. Aprilis.

Membrana 5.

Johannes Sutton de Dudley, Miles, ad partes *Picardiæ* profecturus, habet literas de protectione. Teſte Rege ut ſuprà 16. Martii.

Radulfus Wadyſwyk, Armiger, qui ad partes *Normanniæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 16. Aprilis.

Rex conceſſit *Humfrido* Duci de *Glouceſtre* inſulas de *Jereſey* & *Gernſey*, *Serke*, *Erme & Aureney*. Teſte Rege apud manerium de *Kenyngton* 9. Aprilis.

Rex conceſſit Duci *Aurelianenſi* literas de ſalvo conductu, tranſeundo ad aliquem locum in Ducatu *Normanniæ*, ad quem Dux *Britanniæ* commodè poſſit venire ad procurandum pacem inter Regem & partem adverſam, ſub conditione quòd dictus Dux *Aurelianenſis* ſatisfaciet de ſumma pecuniæ inter Regem & ipſum concordata pro paſſagio & tuta cuſtodia perſonæ ſuæ. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 29. Aprilis.

Membrana 4.

De licentia danda Comiti de *Mortagne*, *Johanne Midelſtrete* & *Thomæ Sutton*, Armigeris, ad conducendum *Carolum d'Artois* ſe dicentem Comitem de *Eu*, priſonarium in regnum *Franciæ* pro deliberatione Comitis de *Somerſet*, priſonarii ibidem ſecundùm appunctuamentum. Teſte ut ſuprà 29. Aprilis.

De poteſtate commiſſa *Humfrido* Duci de *Glouceſtre* Capitaneo villæ *Caleſiæ*, ad concedendum literas de ſalvo conductu quibuſcunque perſonis. Teſte Rege apud Prioratum de *Merton* 21. Maii.

Salvus conductus pro *Antonio de Daſby* priſonario *Walteri Creſſoner*, in regnum *Franciæ* tranſeundo pro finantia ſua. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 16. Maii.

Membrana 3.

Willelmus Alman de *Weſthame*, in comitatu *Suſſex* generoſus, Vitellarius caſtri & villæ de *Gournay* in partibus *Normanniæ*, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. Martii.

Conſimiles literas habet *Willelmus Morfote*, qui in comitiva *Roberti* Domini de *Willughby* Capitanei caſtri & villæ de *Bayeux*, ad partes *Normanniæ* profecturus eſt. Teſte ut ſuprà 13. Junii.

Willelmus Abraham Soudoyeur, qui in comitiva *Willelmi de la Pole* Comitis de *Suffolc*, Capitanei villæ de *Avranches* in partibus *Normanniæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà.

Conſimiles literas habet *Thomas Caldecote* Vitellarius, qui in comitiva *Thomæ Kiriel*, Militis, Capitanei caſtri de *Gournay*, ſuper vitellatione ejuſdem caſtri moratur. Teſte ut ſuprà 28. Maii.

Digitized by Google

Membrana 2.

Pro *Baldewino Eude* & aliis Burgenſibus villæ de *Dieppe*, de utendo libertatibus in villa *Rothomagi*, quibus ipſi in dicta villa de *Dieppe* antè captionem ejuſdem villæ gaviſi fuerunt. Teſte Rege apud manerium de *Kenington* 3. Julii.

Rex ordinavit *Ricardum* Comitem de *Warwic*, Locumtenentem generalem & Gubernatorem totius regni *Franciæ* & Ducatûs *Normanniæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 16. Julii.

Salvus conductus pro *Alano Bigoll* vel *Godardo de Vaus* & *Johanne Martyn*, priſonariis *Stephani Elyot* & *Johannis Webbe*, in Ducatum *Normanniæ* tranſeundis pro finantiis ſuis. Teſte ut ſuprà 5. Auguſti.

Conſimilis conductus pro *Martino Achoa* & aliis priſonariis præfati *Stephani* & *Johannis Webbe*, in regnum *Iſpaniæ* tranſeundis pro finantiis ſuis. Teſte ut ſuprà.

Rex conceſſit *Johanni Stoughton* officium Cuſtumarii & Collectoris octo denariorum de pondere cujuſlibet ſacei lanæ. Teſte Rege apud logeam ſuam de *Bridgeſneſt* propè villam de *Leiceſter* 2. Auguſti.

Membrana 1.

Salvus conductus pro *Copyn le Yong*, *Petro Wyndry*, *Coppyn la Molle*, *Gilemyn Covenaunt*, *Jehan Oweterſleting*, *Jaque de Labloc* & *Martin Peterſon*, priſonariis *Milonis Stapilton*, Armigeri, ad partes *Flandriæ* tranſeundis pro finantiis ſuis. Teſte Rege apud manerium de *Kenington* 22. Junii.

Salvus conductus pro *Colarto de Comeines*, Milite, in *Angliam* veniendo causâ devotionis ad peregrinandum ad Sanctum *Thomam* Martyrem. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. Julii.

Salvus conductus pro *Johanne Meud* & aliis de *Flandria* priſonariis, versùs partes ſuas tranſeundis pro finantiis ſuis Teſte ut ſuprà 30. Julii.

Literas de protectione habent ſubſcripti, qui ad partes *Franciæ* profecturi ſunt,

Johannes Denysh, Armiger. Teſte ut ſuprà 24. Junii.

Thomas Kirkeby, de comitatu *Surrey* Miles. Teſte ut ſuprà 13. Julii.

Normannus Waſshbourn, Armiger. Teſte ut ſuprà 16. Julii.

Willelmus Wythengham, Armiger. Teſte ut ſuprà 12. Julii.

Rotulus Franciæ de anno 16. Henrici VI.

AN. DOM. 1437. 1438.

Membrana 12.

THomas *Jaac*, Armiger, qui in partibus *Picardiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 18. Octobris.

Conſimiles literas habet *Willelmus Oldhall*, Miles, qui in partibus *Normanniæ* moratur. Teſte Rege apud manerium de *Shene* 24. Octobris.

Literas de generali attornatu habent ſubſcripti, qui ad partes *Franciæ* profecturi ſunt, videlicet,

Johannes Salvayn, Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. Octobris.

Ricardus Comes de *Warwic*. Teſte ut ſuprà 1. Octobris.

Salvus conductus pro *Zeghet Vander Eraeht* priſonario *Rumbaldi de Waghter*, versùs partes *Franciæ* tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 8. Februarii.

Membrana 11.

Salvus conductus pro *Gilberto* Domino de *Fayete*, Milite, ad quemcunque locum ſibi placuerit in *Francia* tranſeundo pro deliberatione Comitis de *Somerſet* & Comitis de *Eu*, & ad ducendum Comitem de *Somerſet* ad loca de obedientia Regis *Angliæ*, & Comitem de *Eu* ad partes Adverſarii *Franciæ*. Teſte Rege apud manerium de *Shene* 6. Decembris. (*Vide Membranam 8*).

De licentia traducendi blada & alia ad *Montem Sancti Michaelis* in Ducatu *Cornubiæ*, ratione magnæ cariſtiæ bladi de cauſa grandium tempeſtatum. Teſte ut ſuprà.

Willelmus Sarriet, qui in comitiva *Thomæ Rempſton*, Militis, Locumtenentis villæ

Digitized by Google

AN. DOM. 1437. 1438.

Caleſiæ moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 16. Februarii.

Membrana 10.

Salvus conductus pro venerabili viro *Francone de Keddekyn*, in regnum *Angliæ* veniendo. Teſte Rege apud *Shene* 21. Octobris.

Salvus conductus pro *Johanne Huſſat* Magiſtro cujuſdam balingeræ, veniendo apud *Plymouth*, & ſecum adducendo *Walterum Dolman* priſonarium captum per dictum *Johannem* & alios priſonarios. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. Novembris.

Salvus conductus pro *Johanne Clayſton* de *Flandria*, priſonario *Willelmi Belle*, versùs partes *Flandriæ* tranſeundo pro finantia ſua Teſte ut ſuprà 27. Novembris.

De licentia danda *Petro Couſin*, versùs partes de *Heynault* tranſeundi pro deliberatione Magiſtri *Stephani Wilton* & *Roberti Clifton*, priſonariorum. Teſte ut ſuprà 19. Novembris.

Membrana 9.

De officio Magiſtri Janitoris villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Mongomery*. Teſte Rege apud manerium de *Eſt Hamſtede* 16. Januarii.

De officiis Scrutatoris villæ *Caleſiæ* & Conſtabularii arbaliſtariorum Regis, conceſſis *Johanni Warde*. Teſte Rege apud manerium de *Eltham* 14. Martii.

De officio Clerici mercati, conceſſo *Roberto Whytington* Theſaurario *Caleſiæ* & *Ricardo Veer*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 28. Martii.

Membrana 8.

Ricardus Halywell Soudeour, qui in comitiva *Edmundi* Comitis *Dorſet*, ad partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 16. Aprilis.

Membrana 7.

De officiis Contrarotulatoris villæ *Caleſiæ*, necnon aſſaiatoris monetæ ibidem, conceſſis *Egidio Saintlowe*, Armigero. Teſte Rege apud manerium de *Eſthamſtede* 19. Novembris.

De officio Cuſtumarii ad portam villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Willelmo Port*. Teſte Rege apud manerium de *Kenyngton* 8. Januarii.

De officio cuſtodis feriæ aquæ inter villam *Caleſiæ* & turrim de *Ryſebanc*. Teſte Rege apud manerium de *Eſthamſtede* 16. Januarii.

Membrana 6.

Rex conſtituit *Johannem* Comitem de *Huntingdon* Locumtenentem generalem ad armatam Regis, versùs partes tranſmarinas proficiſcendum pro reſcuſſu caſtri de *Guiſnes*, & reſiſtentia Ducis *Burgundiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 28. Martii.

Salvus conductus pro *Hugone de Launoy*, Milite, Domino de *Santeo* & Magiſtrum *Henricum Utenhove*, veniendis in *Angliam* ob ſalutem animarum ſuarum ad loca ſancta viſitanda. Teſte ut ſuprà 10. Maii.

Rex Collectoribus cuſtumarum ex parte *Baldewini Eude* & aliorum villæ de *Dieppe* de libertatibus ſuis utendo. Teſte ut ſuprà 10. Maii.

Membrana 5.

De poteſtate commiſſa *Egidio* Abbati de *Feſcamp*, *Thomæ* Domino de *Scales*, *Johanni Popham* Domino de *Thorigny*, *Andreæ Ogart*, ac *Ricardo Haryngton*, Militibus, & Magiſtro *Radulfo Ruſſeley* & Magiſtro *Johanni Ryvell*, ad tractandum cum Commiſſariis Adverſarii *Franciæ* de pace. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 17. Martii.

De licentia traducendi braſeum & hordeum pro vitellatione *Edmundi* Comitis de *Dorſet*, ac ſecum comitantium, qui versùs partes *Normanniæ* profecturi ſunt. Teſte ut ſuprà 5. Maii.

Membrana 4.

De licentia danda *Johanni Chirch* (ad ſupplicationem Regis *Portugalliæ*), ad emen-

Digitized by Google

AN. DOM. 1437. 1438.

dum lanas in *Anglia*, & illas eskippandum versùs partes *Florentiæ* pro provisione pannorum de auro & de serico, ad opus prædicti Regis. Teste Rege apud manerium de *Maydeston* 21. Martii.

Willelmus Dorset de *Buckwell*, in comitatu *Kantiæ* generosus, qui ad partes *Normanniæ* profecturus est, habet literas de protectione. Teste Rege apud *Westminster* 6. Julii.

Membrana 3.

Rex conſtituit *Johannem* Ducem *Somerſet* Locumtenentem & Capitaneum generalem Ducatûs *Aquitaniæ* & regni *Franciæ*, & poteſtatem ſibi commiſit. Data apud *Weſtminſter* 14. die Junii.

Rotulus Franciæ de anno 22. Henrici VI.

AN. DOM. 1443. 1444.

Membrana 16.

Ricardus Davenport de *Bromhall*, in comitatu *Ceſtriæ* Armiger, qui versùs partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 23. die Octobris.

Henricus Brook de *Fulham* generoſus, qui in comitiva *Willielmi Pyrton* Armigeri, Locumtenentis caſtri de *Guyſnes* moratur, habet conſimiles literas. Teſte ut ſuprà 4. die Novembris.

De paſſagis pro ſervientibus domeſticis Cardinalis de *Luxenburgh* defuncti. Teſte ut ſuprà 12. die Novembris.

Membrana 15.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Florentia*. Teſte ut ſuprà 6. die Novembris.

Digitized by Google

Membrana 14.

Everardus Digby de *Fylton* in comitatu de *Leiceſtre* Armiger, qui versùs partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 25. die Novembris.

De placea vocata *Prince Inne* cum gardino in villa *Caleſiæ*, conceſſa *Johanni Overton*. Teſte ut ſuprà 27. die Novembris.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte ut ſuprà 14. die Novembris.

Membrana 13.

De confirmatione pro Majore, Conſtabulariis & ſocietate ſtapulæ *Caleſiæ* de libertatibus ſuis, & quòd licebit eis omnia ſtatuta in exemtionem ponere ad proficuum dictæ ſtapulæ. Teſte ut ſuprà 8. die Februarii.

Membrana 12.

Rex conceſſit *Willielmo Pyrton* & uxori ejus dominium de à *Banelyngham* in partibus de *Picardie*. Teſte ut ſuprà 16. die Februarii.

Membrana 11.

Rex declaravit *Willielmum de la Pole* Comitem *Suffolk*, & heredes ſuos fore quietos erga ipſum & ſucceſſores ſuos de exequendo ambaſſiatam ad avunculum & Adverſarium *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 20. die Februarii.

Rex conceſſit *Henrico Vavaſour*, Armigero, dominium & caſtrum de *Sandgate*, in partibus *Picardiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. die Februarii.

Membrana 10.

Rex conceſſit *Willielmo Alberton* officium Ballivi & Receptoris dominii de *Hammes* in marchiis *Picardiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 18. die Martii.

Ricardus Dalby de *Brokhampton* in comitatu *Warwic* generoſus, qui in comitiva *Humfridi* Comitis *Bukingham* Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 21. die Maii.

Membrana 9.

Johannes Snodnam, qui in comitiva *Johannis* Comitis *Salop* Capitanei villæ de *Hareſleur* moratur, habet conſimiles literas. Teſte ut ſuprà 19. die Februarii.

adhuc Membrana 9.

Rex conceſſit *Thomæ Wardon* Conſtabulario caſtri de *Guyſnes*, cuſtumam vocatam *Delfgell* infrà limites de *Ardres*. Teſte ut ſuprà 20. die Februarii.

Membrana 8.

Rex pardonavit tranſgreſſiones *Rogero de Cammoys*, Militi, de conceſſione hoſpitii vocati *Netelbed* in villa *Caleſiæ* cum duobus hoſpitiis, dicto hoſpitio adjacentibus, facta *Roberto Cliderowe*. Teſte ut ſuprà 21. die Februarii.

Salvus conductus pro *Lodowico de Buyll*, Armigero, priſonario *Johannis* Ducis *Somerſet*, ad villam de *Cherburgh* veniendo pro ſolutione finantiæ ſuæ. Teſte ut ſuprà 22. die Martii.

Membrana 7.

De confirmatione pro *Anglicis* manentibus & habitantibus in villa de *Hareſleur*; de libertatibus, videlicet, quòd quædam ſtapula ibidem exiſtat. Teſte Rege apud manerium de *Shene* 8. die Martii.

Membrana 6. 5. 4.

De appunctuamentis treugarum inter Regem *Angliæ* & Avunculum ſuum *Franciæ* captis & concluſis per *Willielmum de la Pole* Comitem *Suffolc*, Magiſtrum *Adam Moleyns*, *Robertum Roos*, *Thomam Hoo*, Milites, *Ricardum Andrewe* Secretarium & *Johannem Wenlock* Ambaſſiatores ex parte *Angliæ*, ac Ducem d'*Orleans*, le *Count de Vendoſme*, *Pierre de Breze* Sire de la *Varenne* & *Bertran*

Digitized by Google

AN. DOM. 1443. 1444.

de Beauvau Sire de *Precigny*, Chivalers, Ambaſſadeurs ex parte *Franciæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 27. die Junii.

Membrana 3.

Salvus conductus pro *Hugone Lannoy*, Chivaler, Domino de *Santes*, in regnum de *Caſtella* tranſeundo ad certas peregrinationes peragendas. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 21. die Maii.

Salva gardia pro Mercatoribus *Aragoniæ*, *Valentiæ* & *Cataloniæ*. Teſte ut ſuprà 18. die Maii.

Pro Magiſtro *Thoma Kent*, *Roberto Worſeley* & *Willielmo Cateſbroke* Mercatoribus, ad tractandum cum Ambaſſiatoribus *Holandiæ*, *Selandiæ* & *Friſſiæ*, de mutuis amicitiis & intercurſu mercandiſarum. Teſte ut ſuprà 14. die Julii.

Membrana 2.

Johannes Goldſtone, qui in comitiva *Humfridi* Comitis *Stafford*, Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuptà 12. die Julii.

Membrana 1.

Salvus conductus pro *Johanne* Baſtardo d'*Orleans*, in partibus *Franciæ* tranſeundo pro facto pacis. Teſte Rege apud manerium de *Shene* 22. die Januarii.

Conſimiles literas de ſalvo conductu habent ſubſcripti, videlicet,
Monſieur le Conte de *Vendoſme* & multi alii.

Rotulus Franciæ de anno 22. Henrici VI.

AN. DOM. 1443. 1444.

Membrana 1.

DE ſalvis conductibus ſuper conventionibus pacis. Data 22. die Januarii.

Membrana 3.

De tractatu de fœderibus *Hollandiæ*, &c. Data 4. die Julii.
De ſalvo conductu pro *Hugone Lannoy* Domino de *Santes*. Data 21. die Maii.

Membranæ 6. 5. & 4.

De appunctuamentis treugarum inter Regem & Avunculum ſuum *Franciæ* captis & concluſis 27. die Junii.

Thomas Hoo, Miles, qui in ambaſſiata, &c. profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 24. Martii.

Membrana 7.

De confirmatione pro *Anglicis* manentibus in villa de *Hareſleur*. Data 8. die Martii.

Membrana 8.

De ſalvo conductu pro Secretario Ducis *Burgundiæ*. Data 24. die Aprilis.
Pro *Lodowico de Bueill* priſonario. Data 22. Martii.
Pro *Henrico Conyngham* de *Scotia*. Data 22. die Martii.

Membrana 11.

Pro *Willielmo* Comite de *Suffolc* & aliis Ambaſſiatoribus. Data 20. die Februarii.

Membrana 16.

De paſſagio pro Servientibus Cardinalis de *Luxenbourgh* defuncti. Data 16. die Novembris.

Digitized by Google

An. Dom. 1444. 1445.

* *Rotulus Franciæ de anno 23. Henrici VI.*

Membrana 12.

DE officiis Contrarotulatoris *Caleſiæ* & monetæ ibidem *Egidio Seintlowe* & *Radulfo Wever*, Armigeris, conceſſis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. die Septembris.

De receptione quarundarum literarum Regis confirmatoriarum, de certis treugis nuper captis cum *Francia*. Data apud *Paris* 14. die Auguſti.

Membrana 11.

De conſtituendo *Johannem Tyrell* Capitalem Carpentarium novarum operationum villæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. die Novembris.

De officio Theſaurarii villæ & marchiarum *Caleſiæ*, conceſſo Magiſtro *Johanni Langton*. Teſte ut ſuprà 2. die Decembris.

De conſtituendo *Willielmum Knight* Cuſtodem *Pontis de Newenham* juxta villam *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 13. die Decembris.

Rex conceſſit Majori, Conſtabulariis & Societati ſtapulæ villæ *Caleſiæ* terras & mariſcum ibidem. Teſte ut ſuprà.

Membrana 10.

Salvus conductus pro operariis auri de *Damaſce* (in civitate de *Conſtantinople* oriundis), in *Anglia* morandis & ad miſterium ſuum faciendum. Teſte ut ſuprà 25. die Januarii.

Rex conſtituit *Robertum Manfeld*, Armigerum, proviſorem omnium victualium pro defenſione villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 11. die Februarii.

De licentia danda *Chriſtofero de Poges* & aliis de *Janua* & *Flandria*, ad ducendum lapides pretioſos in regnum *Angliæ*. Teſte ut ſuprà 3. die Februarii.

Membrana 9.

De licentia traducendi peregrinos versùs *Sanctum Jacobum* in *Galicia*. Teſte ut ſuprà 11. die Martii.

Membrana 8.

De poteſtate commiſſa *Willielmo Pyrton* Locumtenenti caſtri de *Guyſnes* & *Johanni Coppyldyk* Locumtenenti caſtri de *Crotoy*, ad tractandum cum Commiſſariis Duciſſæ *Burgundiæ* ſuper captione *Guillielmi de Thembrouin*, Armigeri, & aliorum in comitiva ſua priſonariorum factorum contra treugas. Teſte ut ſuprà 1. die Aprilis.

De cuſtodia communis priſonæ infrà villam *Caleſiæ* vocatæ *le Common Gaole*, conceſſa *Johanni Bowdon*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. die Martii.

Salva gardia pro *Adriano de Berſſalia* de *Brigdame* & de *Duve Landia*, Domino Advocato de *Berg* in *Hanonia*, Vicecomite *Zelandiæ*, in regnum *Angliæ* veniendo. Teſte ut ſuprà 19. die Aprilis.

adhuc Membrana 8.

De licentia danda *Andreæ Hogard*, Militi, ad proſequendum pro recuperatione terrarum & tenementorum in regno *Danmark*. Teſte ut ſuprà 17. die Martii.

Membrana 7.

De licentia danda *Felici Fagman* & *Alexandro Paleſtrell* Mercatoribus de *Mediolano* lanas traducendi pro reſolutione ſummæ pecuniæ ſibi per Regem debitæ pro expeditione certarum indulgentiarum Collegio de *Eton* juxta *Windſore* conceſſarum per *Eugenium Papam*. Teſte ut ſuprà 5. die Decembris.

Ad inſtantiam *Johannis* Comitis *Oxoniæ*, poſſeſſoris cujuſdam navis vocatæ *le Jeſns de Orwell* jam tardè factæ, quam idem Comes ad primum viagium ſuum in honore *Dei* & *Sancti Jacobi* faciendum, versùs *Sanctum Jacobum* mittere proponit, Rex conceſſit licentiam Magiſtro & marinariis ad cariandum tot perſonas

Digitized by Google

An. Dom. 1444. 1445.

ſonas ibidem causâ peregrinationis. Teſte ut ſuprà 8. die Martii.

Ricardus Deneyll in comitatu *Devon*, qui in comitiva *Humfridi* Ducis de *Buckingham* Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 14. die Martii.

Membrana 6.

De officio Theſaurarii villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Ricardo Vernon*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 17. die Maii.

De warenna vocata *le Eſtdownes* juxta villam *Caleſiæ*, conceſſa *Nicholao James*. Teſte ut ſuprà 2. die Junii.

Willielmus Hamond, qui in comitiva *Roberti Whitingham* Militis, Capitanei caſtri de *Hammes* in marchiis *Picardiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà.

De inquirendo de lite inter perſonam Eccleſiæ *Sancti Martini* de *Slymes* infra comitatum de *Guyſnes*, & perſonam Eccleſiæ *Sancti Nicholai* infrà villam *Caleſiæ* pro certis decimis Eccleſiæ de *Slymes*. Teſte ut ſuprà 6. die Julii.

Salvus conductus pro Epiſcopo de *Verdun* in *Angliam* veniendo pro facto pacis. Data apud caſtrum *Windſore* 5. die Julii.

Conſimilis conductus pro aliis.

Membrana 5.

Pro Mercatoribus de *Mediolano*, quòd ipſi ad ſuperviſum alicujus hoſpitii non penantur ratione ſtatuti, &c. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 28. die Januarii.

adhuc Membrana 5.

De poteſtate commiſſa *Willielmo* Marchioni *Suffolk*, adeundi versùs partes tranſmarinas ad recipiendum *Margaretam* filiam Regis *Ceciliæ*, Conjugem Regis *Angliæ*, & ipſam ad præſentiam Regis adducendi. Teſte ut ſuprà 28. die Octobris.

Membrana 4.

De preſentatione ad Eccleſiam Parochialem de *Oye* juxta *Caleſiam*. Teſte ut ſuprà 16. die Octobris.

Ricardus Dux *Eborum*, qui in partibus tranſmarinis moratur, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 24. die Octobris.

Membrana 3.

De licentia danda Abbati *Morimundi* Ordinis *Ciſtercienſis*, ad viſitandum omnia Monaſteria dicti Ordinis. Teſte ut ſuprà 13. die Julii.

Pro *Humfrido* Duce de *Bukyngham* Capitaneo caſtri *Caleſiæ*, *Johanne Maryner*, Milite, Locumtenente ſuo, & *Johanne Carleforth*, ad inquirendum de dilapidationibus in Hoſpitali de *Sadynfeld* & in Hoſpitali *Sancti Nicholai* infra villam *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 18. die Julii.

Membrana 2.

De poteſtate commiſſa *Couſyn* Dom *Pierre* Regent de le Royaume de *Portugal*, ad tractandum cum Commiſſariis Regis *Caſtellæ* de pace. Data apud *Weſtminſter* 9. die Auguſti.

De officio Magiſtri artillariæ in villa *Caleſiæ*, conceſſo *Willielmo Eſſex*. Teſte ut ſuprà 5. die Julii.

De eligendo Dominum *Alvarum de Almadaa* in Militem ac ſocium & fratrem de *Garteria*, necnon de perficiendo ipſum in Comitem d'*Avarances*. Data apud *Weſtminſter* 4. die Auguſti.

De concedendo centum marcas annuatim eidem *Alvaro* Comiti. Teſte ut ſuprà 9. die Auguſti.

Membrana 1.

De exemplificatione pro Majore & Aldermannis villæ *Caleſiæ*, de libertatibus in petitionibus ibidem contentis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. die Junii.

Rex conſtituit *Johannem Langton* & *Walterum Aumener* Cuſtodes & Receptores Mintæ apud *Caleſiam*. Teſte ut ſuprà 16. die Maii.

Digitized by Google

Rotulus Franciæ de anno 23. Henrici VI.

Membrana 1.

PRo Majore & Aldermannis villæ Regis *Caleſiæ*, de exemplificatione. Data 20. die Junii.

Membrana 2.

Pro *Alvaro* Comite d'*Avarances* Conſiliario Regis *Portugalliæ*. Data 9. die Auguſti.

De creando præfatum *Alvarum de Almada* in Comitem d'*Avranches*. Data 4. die Auguſti.

De tractatu pro pace cum Rege *Caſtellæ* & *Legionis*. Data 9. die Auguſti.

Membrana 3.

De licentia viſitandi Monaſteria Ordinis *Ciſtertienſis*. Teſte 13. die Junii.

Membrana 4.

De licentia traducendi peregrinos. Teſte 8. Februarii & 28. Januarii.

De preſentatione ad Eccleſiam de *Oye* juxta *Caleſiam*. Teſte 16. die Octobris.

Membrana 5.

Pro *Willielmo Whyte*, quòd ipſe 500. oves vivas in Ducatum *Normanniæ* traducat. Teſte 27. die Aprilis.

De licentia ducendi peregrinos, &c. Data 21. die Aprilis.

De poteſtate regendi & gubernandi, & de conducendo *Margaretam* filiam Regis *Ceciliæ* ad præſentiam Regis. Data 28. die Octobris.

Pro Mercatoribus de *Mediolano*, &c. de non ponendo ad hoſpitium, &c. Data 28. die Januarii.

Membrana 6.

De ſalvis conductibus pro Ambaſſiatoribus de noſtre Oncle de *France*. Data 5. die Julii.

Pro ſoldariis villæ de *Caleſia*. Data 5. die Julii.

Pro *Willielmo Herme*, qui Eccleſiam ſuam de *Stoke-Newton* juxta *London* dimiſit, per quod Collegium noſtrum regale *Beatæ Mariæ* & *Sancti Nicholai* de *Cantabrigia* magnum ſuſcepit incrementum, &c. Data 18. die Junii.

Membrana 7.

De licentia traducendi peregrinos, &c. Data 6. die Maii. 8. die Martii, 10. Martii, 6. Martii, 4. Martii.

Membrana 8.

De licentia traducendi peregrinos. Data 24. Maii, 1. Maii, 28. Martii.

Pro *Andrea Hogard*, Milite, de terris in regno *Denmark*, ubi nativitatis traxit originem, &c. Data 17. Martii.

De ſalva gardia pro Vicecomite *Zeelandiæ*. Data 19. die Aprilis.

De audiendo & examinando ſuper treugis Duciſſæ *Burgundiæ* captis, &c. Data 1. die Aprilis.

Membrana 9.

De licentia traducendi peregrinos. Data 11. die Martii.

Membrana 10.

De licentia traducendi peregrinos. Data 8. Aprilis, 1. Martii, 26. Januarii.

De licentia adducendi lapides pretioſos, &c. in *Angliam*. Data 3. die Februarii.

De ſalvo conductu pro operariis auri de *Damaſco*. Data 25. die Januarii.

Digitized by Google

AN. DOM. 1444. 1445.

Membrana 11.

Pro Majore & Communitate *Caleſiæ*. Teſte 13. die Decembris.

Membrana 12.

De receptione quarundam literarum Regis confirmata, de certis treugis nuper captis par le Parlement du Roy à *Paris*, &c.
Treves priſes en la ville de *Tours*.

Rotulus Franciæ de anno 24. Henrici VI.

AN. DOM. 1445. 1446.

Membrana 13.

DE preſentatione ad Eccleſiam de *Pipelyng* in marchiis *Picardiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. die Octobris.

Johannes Broun de *London* Barbour, qui in comitiva Comitis de *Eu* Vicecomitis *Bourghchier* Capitanei caſtri de *Crotoy*, moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 26. die Octobris.

Thomas Iſaack, Armiger, qui in comitiva *Humfridi* Ducis *Buckingham*, Capitanei villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 14. die Novembris.

De officio Magiſtri Fabri villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Stephano Clampard*. Teſte ut ſuprà 19. die Septembris.

De licentia danda *Bertino Entweshull*, Militi, de quingentis ſaccis lanæ eskippandis in recompenſatione trium millium *Salus* conceſſorum ei ad ejus exceſſivam finantiam. Teſte ut ſuprà 5. die Novembris.

Nicholaus Molineux, Armiger, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte 24. die Novembris.

Membrana 12.

De confirmatione appunctuamentorum ſuper perſonali conventione Regis cum Avunculo ſuo *Franciæ*, in regno *Franciæ* facienda, habitorum & concluſorum inter *Willielmum de la Pole* Marchionem *Suffolk*, *Adam Moleyns* Electum *Ciceſtriæ*, *Johannem* Vicecomitem *Beaumont* & *Radulfum Botiler* Dominum de *Sudeley* ex parte Regis *Angliæ*; necnon *Willielmum Couſinot* Conciliarium, Magiſtrum Requeſtarum hoſpitii, & *Johannem Honart*, Armigerum, ex parte *Franciæ*. Teſte Rege apud *Windſore* 3 die Januarii.

Mathæus Gogh, Armiger, Capitaneus caſtri de *Baieux* in partibus *Normanniæ*, qui in partibus prædictis moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 5. die Julii.

Membrana 11.

Salvus conductus pro *Johanne Hauart*, Armigero, in partibus *Franciæ* & *Angliæ* tranſeundo pro facta pacis. Data apud manerium de *Eltham* 28. die Octobris.

Membrana 10.

Protectio pro *Roberto Roos*, Milite, quem Rex in partibus *Franciæ* mittere intendit. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. die Decembris.

Carolus Whitſtones Capellanus, qui in comitiva *Thomæ Hoo*, Militis, Cancellarii in regno *Franciæ*, ac Ducatu *Normanniæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 7. die Februarii.

Membrana 9.

Pro Magiſtro *Thoma Kent* Clerico Concilii Regis, *Hamone Sutton*, Majore villæ *Caleſiæ*, *Willielmo Pyrton*, Armigero, *Henrico Frowyk*, *Thoma Chalton*, *Henrico Vavaſour*, *Edwardo Grymſton*, *Johanne Thryſk*, *Hugone Cliderowe*, *Thoma Thurland*, *Willielmo Broun*, *Thoma Burton*, *Roberto Whyte* & *Johanne Noreys*, ad tractandum cum Commiſſariis illius qui ſe Ducem dicit *Burgundiæ*, ſuper treugis & intercurſu mercandiſarum, necnon cum Commiſſariis *Holandiæ*,

Digitized by Google

An. Dom. 1445. 1446.

Brabantiæ, *Hanoniæ*, *Zellandiæ*, *Picardiæ* & *Machliniæ* ſuper mutuo intercurſu mercandiſarum. Teſte ut ſuprà 1. die Februarii.

Membranæ 8. 7. & 6.

De confirmatione prorogationis treugarum à primo die Aprilis uſque primum diem Novembris, & de novo ipſas concludendo à primo die Novembris uſque primum diem Aprilis anno Domini 1474. per *Willielmum de la Pole* Marchionem *Suffolk*, *Adam Moleyns*, *Johannem* Vicecomitem *Beaumont* & *Radulfum Botiller* Dominum de *Sudley* ex parte *Angliæ*; necnon *Willielmum Couſinot* Conciliarium, Magiſtrum Requeſtarum hoſpitii, & *Johannem Hauart*, Armigerum. Teſte Rege apud caſtrum *Wyndſore* 3. die Januarii.

Membrana 5.

Pro eiſdem Ambaſſiatoribus ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* de treugis prorogandis, necnon de perſonali conventione in regno *Franciæ* habenda inter Regem *Angliæ* & Avunculum ſuum *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 12. die Novembris.

Rex commiſit *Humfrido Stafford* Locumtenenti villæ *Caleſiæ*, cuſtodiam dominiorum de *Marke* & *Oye* in marchiis *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 11. die Februarii.

Thomas Haſilgrygge, Armiger, qui in comitiva *Ricardi Vernon*, Militis, Theſaurarii *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 8. die Julii.

Membrana 4.

Salvus conductus pro Meſſieurs *Johanne de Lucembourgh* Baſtard de *Saint Pol* & Seigneur de *Haburdyn*, in partibus *Franciæ* & *Angliæ* versùs regnum *Scotiæ* tranſeundo causâ peregrinationis. Data apud *Weſtminſter* 1. die Februarii.

Thomas Wyſe de *Sydenham*, in comitatu *Devon* Armiger, qui in partibus *Picardiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 3. die Julii.

Membrana 3.

Salvus conductus pro *Goſmundo*, *Scolotenſis* Eccleſiæ Epiſcopo, in partibus de *Iſland* extra regnum *Angliæ* tranſeundo. Teſte ut ſuprà 4. die Decembris.

De exemplificatione pro *Henrico Warryn*, de terra & dominio de *Thony* ſuper *Seyne* infrà bailliagia d'*Evreux* & *Giſors* in caſtellania d'*Andeley*. Teſte ut ſuprà 1. die Decembris.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Florentia*. Teſte ut ſuprà 27. die Aprilis.

Pro Magiſtro *Thoma Kent*, & *Edwardo Grymſton*, Armigero, deliberandis literas de ratificatione abſtinentiarum guerræ Duciſſæ *Burgundiæ*, & recipiendis literas ejuſdem Duciſſæ, ſignatas per Dominum *Johannem de Luxembourgh*, Militem, Baſtardum Sancti *Pauli* & Dominum de *Habourdyn*. Teſte ut ſuprà 14. die Julii.

Rogerus Chambernon, de *Bereferers* in comitatu *Devon* Armiger, qui in comitiva *Ricardi* Ducis *Bukyngham*, Capitanei caſtri *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte 10. die Julii.

Radulfus Baſſet nuper de *Blore*, in comitatu *Stafford* Armiger, qui, &c. ut ſuprà, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 12. die Julii.

Theobaldus Gorges, Miles, qui versùs partes *Franciæ* profecturus eſt, habet conſimiles literas. Teſte ut ſuprà 11. die Julii.

Membrana 1.

Rex conceſſit *Roberto Manfeld*, Armigero & aliis, terras & tenementa infrà villam & marchias *Caleſiæ*, quæ fuerunt *Henrici* nuper Ducis de *Warwic* defuncti. Teſte ut ſuprà 14. die Junii.

Digitized by Google

Rotulus Franciæ de anno 25. Henrici VI.

AN. DOM. 1446. 1447.

Membrana 20.

REx conſtituit *Ricardum Vernon* Militem, & *Walterum Aumener* Cuſtodes & Receptores Minte *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. die Septembris.

De licentia danda *Johanni* Duci *Norffolc*, ad urbem *Romanam* & alia ſacroſancta loca in partibus exteris peregrè proficiſcendi. Teſte ut ſuprà 21. die Octobris.

Henry Norbery, Miles, qui in comitiva *Thomæ* Domini de *Scales*, Seneſcalli *Normanniæ* ac Capitanei caſtri de *Vyre* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 31. die Octobris.

De officio Bedelli dominii de *Oye* infra Marchias *Caleſiæ*, conceſſo *Henrico Beverley*. Teſte ut ſuprà 27. die Octobris.

Membrana 19.

De preſentatione ad Eccleſiam parochialem de *Scales*, *Morinenſis* dioceſis (de *Terouenne*). Teſte ut ſuprà 20. die Novembris.

Membrana 18.

Salvus conductus pro Magiſtro *Regnault Godlin*, in *Angliam* veniendo ex parte Ducis *Britanniæ*. Teſte ut ſuprà 28. die Novembris.

Salvus conductus pro *Johanne Havard*, Armigero, in partibus *Franciæ* & *Angliæ* tranſeundo pro facto pacis inter Regem *Angliæ*, & Avunculum *Franciæ*. Teſte ut ſuprà.

Membrana 17.

Salvus conductus (ad requiſitionem Comitis de *Laval*) pro *Guy de Laval*, *Olivero* de *Hechal*, *Bertrando* de *Tieril*, Chivalers, & aliis in partibus infra obedientiam Regis & extra tranſeundis pro negotiis ſuis expediendis. Data apud *Weſtminſter* 1. die Decembris.

Reginaldus Weſt, Miles, qui versùs Curiam *Romanam*, & alias partes exteras profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 18. die Novembris.

Membrana 16.

De poteſtate commiſſa Epiſcopo *Ciceſtrenſi* Cuſtode privati ſigilli, & *Johanni* Domino de *Dudley*, Militi, ad tractandum cum Ambaſſiatoribus Ducis *Britanniæ* de treugis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. die Decembris.

Pro eiſdem ad tractandum cum Ambaſſiatoribus *Karoli* Avunculi *Franciæ*, de commutatione locorum Regis ultra mare cum locis ejuſdem Avunculi ibidem facienda, necnon de intentione Regis in maritagio certarum perſonarum ac dominorum & ſubditorum Avunculi Regis celebrando. Teſte ut ſuprà.

Pro eiſdem ad tractandum cum Ambaſſiatoribus predictis de pace perpetua ac de treugis. Teſte ut ſuprà.

Membrana 15.

De indenturis inter Regem & *Willielmum Pyrton*, Armigerum, Locumtenentem caſtri de *Guyſnes*, ſuper contentatione vadiorum ipſius *Willielmi* & Soldariorum dicti caſtri. Teſte ut ſuprà 8. die Januarii.

Rex conceſſit eidem *Willielmo* quandam peciam terræ dimidiam acram terræ continentem ſubtus Abbatiam de *Anderne* in comitatu de *Guyſnes* cum molendinis. Teſte ut ſuprà 4. die Februarii.

Membrana 14.

Salvus conductus pro Magiſtro *Rolando Pipe* Serviteur Duciſſæ *Burgundiæ*, ad partes *Flandriæ* vel *Picardiæ* redeundo. Data apud manerium de *Shene* 14. die Decembris.

Digitized by Google

An. Dom. 1446. 1447.

Membranæ 13. & 12.

De confirmatione prorogationis treugarum inter Regem *Angliæ*, & Avunculum ſuum *Franciæ* à primo die Aprilis uſque ad primum diem Januarii proximo futurum. Ambaſſiatores ex parte *Angliæ*, Epiſcopus *Ciceſtrenſis*, & *Johannes* Dominus de *Duddeley*; ex parte *Franciæ*, *Johannes* Baſtardus *Aurelianenſis*, *Petrus de Breſſe* Dominus de *la Varenne*, *Bertrandus de Beauvau* Miles, Magiſter *Willielmus Couſinot*, & *Johannes Hauart* Armiger. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. die Aprilis.

Membrana 11.

De confirmatione Literarum Patentium Epiſcopi *Ciceſtrenſis*, & *Johannis* Domini de *Dudley*, Ambaſſiatorum de paſſagio Regis in regnum *Franciæ* citra primum diem Novembris, & de perſonali conventione inter ipſum & avunculum ſuum habenda. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. die Aprilis; & ibi eſt alia commiſſio pro eiſdem de prorogatione treugarum.

Salvus conductus pro *Guillielmo de Menypeny* versùs *Scotiam* tranſeundo ſuper negotiis Maritagii *Alienoræ* ſororis Regis *Scotiæ*. Data apud *Weſtminſter* 14. die Julii.

Membrana 10.

Willelmus Peytot, Miles, qui in comitiva *Edmundi* Marchionis *Dorſet*, Locumtenentis generalis regni *Franciæ* & Ducatûs *Normanniæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 4. die Maii.

De officiis Ballivi & Receptoris proficuorum dominiorum de *Hammes* & *Sandgate* in Marchiis *Caleſiæ*, conceſſis *Rogero Palmer*. Teſte ut ſuprà 25. die Maii.

Membrana 9.

Rex conſtituit *Henricum Delate* Artillarium ſuum in villa *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 3. die Maii.

Membrana 8.

De licentia danda *Reginaldo Weſt*, Militi, versùs Curiam *Romanam*, & alias partes exteras, & deinde versùs *Terram Sanctam* tranſeundo pro votis ſuis perimplendis. Teſte ut ſuprà 10. die Decembris.

Membrana 7.

De confirmatione pro *Willielmo Fitzhugh*, Milite de caſtro & dominio de *Leſgle*, cum manerio vocato *Tenbef* ac feodo & terra de *Crypont*, necnon caſtro & dominio de *Chamboy*, necnon terris & feodis vocatis *Aumeneſches*, *Rochemabell*, *Morteres* & *Eſcoches* infra Ducatum *Normanniæ*. Teſte ut ſuprà 1. die Februarii.

De requeſtu ex parte Domini *la Warre*, Militis, versùs limina beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* apud *Romam*, & deinde versùs *Terram Sanctam* tranſeundo. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 3. die Maii.

Membrana 6.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 10. die Novembris.

Thomas Hakker, qui in comitiva *Ricardi Vernon*, Militis, Theſaurarii *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 18. die Julii.

Membrana 5.

De licentia danda *Edmundo Arblaſter*, Armigero, traducendi mille & ducentas Blokkas ſtanni ratione de continuando Priſonario in *Francia*, pro ſpatio 24 annorum, & de exceſſiva finantia. Teſte ut ſuprà 12. die Junii.

Membrana 4.

De poteſtate commiſſa *Humfrido* Duci *Buckingham*, *Willielmo* Marchioni & Comiti *Suffolc*, *Adæ* Epiſcopo *Ciceſtrenſi*, *Johanni* Domino *Leſcrop*, & *Johanni* Domino *Duddeley*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ*, de pace perpetua & de treugis prorogandis, necnon de paſſagio Regis ultra mare & perſo-

Digitized by Google

An. Dom. 1446. 1447.

nali conventione habenda inter Regem & Avunculum ſuum *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 1. die Julii.

Membrana 3.

Willielmus Strode qui in comitiva *Henrici* Vicecomitis de *Bourghchier*, Capitanei caſtri de *Crotoy* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 6. die Julii.

Membrana 2.

Robertus Haverill qui in comitiva *Thomæ* Domini de *Scales*, Capitanei caſtri & villæ de *Domfrount* in *Normannia* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 1. die Junii.

Membrana 1.

De poteſtate commiſſa *Willelmo* Epiſcopo *Norwicenſi*, *Roberto* Priori *Sancti Johannis* de *Jeruſalem*, *Johanni* Domino de *Duddeley*, Domino *Vincentio Clement*, & Magiſtro *Thomæ Kent*, ad tractandum cum Commiſſariis Avunculi ſui *Franciæ*, de pace perpetua & de treugis prorogandis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 16. die Auguſti.

An. Dom. 1447. 1448.

Rotulus Franciæ de anno 26. Henrici VI.

Membrana 16.

MAgiſter *Ricardus Leyot* Decanus *Sarum*, qui pro communi utilitate regni in Ambaſſiata versùs regnum *Daciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. die Octobris.

Robertus Sandford, Armiger, qui ad partes *Picardiæ* profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 28. die Octobris.

Robertus Nanfan, Armiger, qui ad partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 24. die Novembris.

Membrana 15.

Pro Majore & Societate mercatorum ſtapulæ *Caleſiæ*, habendis de primis denariis provenientibus de quindecimis & decimis pro contentatione ſummæ, &c. Teſte ut ſuprà 18. die Octobris.

Membrana 14.

Rex conſtituit *Willielmum* Capitalem *Mody* cementarium novarum operationum Cementariæ villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 4. die Februarii.

Thomas Saintbarbe de comitatu *Somerſet*, Armiger, qui in comitiva *Edmundi* Marchionis & Comitis *Somerſet*, *Dorſet*, Locumtenentis generalis *Franciæ* & Ducatûs *Normanniæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 7. die Februarii.

Willielmus Southcote, Armiger, qui, &c. ut ſuprà. Teſte ut ſuprà.

Thomas Mannſell, Armiger, qui, &c. ut ſuprà, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà.

Robertus Veer, Miles, qui, &c. ut ſuprà, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 16. die Februarii.

Laurentius Raynford, Armiger, qui, &c. ut ſuprà, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 16. die Februarii.

Membrana 13.

Willielmus Deny, Armiger, qui, &c. ut ſuprà, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 11. die Februarii.

De licentia danda Domino de *Scales*, quòd ipſe *Terram Sanctam* peregre viſitare & tranſire valeat. Teſte ut ſuprà 3. die Martii.

De licentia danda *Thomæ* Domino de *Clynton*, eskippandi lanas & alia ad ſolutionem finantiæ ſuæ exceſſivæ. Teſte ut ſuprà 13. die Martii.

Digitized by Google

Membrana 12.

Jacobus Standishe, de comitatu *Lancaſtre* Armiger, qui, &c. ut ſuprà, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 16. die Februarii.

Edmundus Dux *Somerſet*, qui ad partes tranſmarinas profecturus eſt, habet conſimiles literas. Teſte ut ſuprà 8. die Aprilis.

Membrana 11.

Rex conſtituit *Willelmum* Marchionem & Comitem *Suffolk*, Gubernatorem & Conſervatorem ſtapulæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 9. die Martii.

Membranæ 10. & 9.

De confirmatione prorogationis diei de paſſagio Regis in regnum *Franciæ*, ac perſonali conventione inter ipſum & avunculum ſuum *Franciæ*, videlicet à primo die Maii uſque ad primum diem Novembris. Ambaſſiatores ex parte *Angliæ*, *Walterus* Epiſcopus *Norwicenſis*, *Robertus Botyl* Prior *Sancti Johannis* de *Jeruſalem*, *Johannes* Dominus de *Dudley*, *Vincentius Clement*, & *Thomas Kent*. Ex parte *Franciæ* Comes de *Dunoys*, *Petrus de Breſſe*, *Bertrandus de Beauvau* Dominus de *Precigny*, Milites, Magiſter *Guillielmus Couſinot*, & *Johannes Hauart* Armiger. Teſte ut ſuprà 4. die Novembris.

Membrana 8.

Pro *Ada* Epiſcopo *Ciceſtrenſi*, *Reginaldo* Abbate *Glouceſtriæ*, & *Roberto Ros* Milite, ad tractandum cum Commiſſariis Avunculi Regis *Franciæ* de pace perpetua, & de treugis prorogandis. Teſte ut ſuprà 30. die Januarii.

Hugo John, Miles, qui ad partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 12. die Aprilis.

Willielmus Nevyll Dominus de *Fauconberge*, qui, &c. ut ſuprà, habet literas de generalii attornatu. Teſte ut ſuprà 2. die Aprilis.

Henricus Norberry, Miles, qui in comitiva *Thomæ* Domini de *Skales* & de *Nuceux* Seneſcallus *Aquitaniæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 27. die Aprilis.

Willielmus Milbourne, Armiger, qui in comitiva *Humfridi* Ducis de *Buckingham*, Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 13. die Julii.

Membrana 7.

Rex exoneravit *Matheum Gogh* & *Fulconem Eyton* Armigeros, erga ipſum & heredes ſuos pro deliberatione villæ & caſtri *Ceonomanni* (le *Mans*), necnon omnium aliorum, villarum, caſtrorum, & fortaliciorum in comitatu *Ceonomanni* (le *Maine*) in manibus Avunculi Regis *Franciæ* ſub conditionibus in appunctuamento declaratis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. die Junii.

Johannes Strange, qui in comitiva *Edmundi* Ducis *Somerſet*, Locumtenentis generalis in regno *Franciæ* & Ducatu *Normanniæ*, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 8. die Julii.

Membrana 6.

Rex conceſſit *Waltero Aumoner* officia alti Ballivi dominiorum de *Marke* & *Oye*; cum ſeptem Parochiis eidem Balliagio annexis, ac Receptoris redituum ibidem, necnon ſcrutatoris inter villam *Caleſiæ*, & aquam de *Gravelyng*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 2. die Septembris.

Membranæ 5. 4 & 3.

De confirmatione prorogationis treugarum à data preſentium videlicet 11. die Martii 1447. uſque primum diem Aprilis anno Domini 1449. factæ per Epiſcopum *Ciceſtrenſem*, & *Robertum Roos*, Militem ex parte *Angliæ*, & Archiepiſcopum & Ducem *Remenſem*, *Johannem* Comitem *Dunenſem*, *Petrum de Breſſe* Dominum de la *Varenne*, & *Bertrandum de Beauvau* Dominum de *Preſſigny* Milites, atque *Johannem de Meſnil*, & *Simonem* Dominum de *Maupas* ex parte *Franciæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 29. die Martii.

Membrana

Digitized by Google

AN DOM. 1447. 1448.

Membrana 2.

De confirmatione appunctuamenti præfatorum Ambaſſiatorum de locis & die conveniendi ad tractandum de pace, ac de perſonali conventione Regis *Angliæ* & avunculi ſui *Franciæ*. Teſte ut ſuprà.

Membrana 1.

Johannes Scot de *Lincoln* qui in comitiva *Humfridi* Ducis de *Bukingham*, Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 17. die Julii.

De poteſtate commiſſa *Roberto Shoteſbroke* Militi, Magiſtro *Ricardo Caunton* Archidiacono *Sarum*, & *Johanni Beke* Militi, ad tractandum cum Commiſſariis *Magiſtri* generalis Ordinis Beatæ *Mariæ Theutonicorum*, & incolarum *Pruſſiæ* & *Hanſæ* ſuper reformatione attemptatorum contra alligantias. Teſte ut ſuprà 24. die Julii.

Rotulus Franciæ de anno 27. Henrici VI.

AN. DOM. 1448. 1449.

Membrana 12.

R*Eginaldus* Dominus *la Warre*, qui in partibus tranſmarinis moratur, habet literas de generali attornatu. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. die Octobris.

Reginaldus Weſt, Miles, qui in partibus exteris moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 15. die Octobris.

Ricardus Playſter generoſus, qui in comitiva *Thomæ Hoo* Militis, Capitanei caſtri & villæ de *Maunte* moratur, habet conſimiles literas. Teſte ut ſuprà 10. die Octobris.

Johannes Thornbury, Armiger, qui in comitiva *Edmundi* Ducis de *Somerſet*, Locumtenentis generalis regni *Franciæ* & Ducatûs *Normanniæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 27. die Novembris.

De poteſtate commiſſa *Humfrido Stafford*, & *Johanni Mareney* Militibus, Magiſtris *Roberto Styllyngton*, & *Ricardo Whetton*, *Willielmo Pirton* ac *Johanni Wodehouſe*, ad tractandum cum Commiſſariis Ducisſæ *Burgundiæ*, ſuper reformatione attemptatorum. Teſte ut ſuprà 25. die Octobris.

Membrana 11.

Johannes Kyng generoſus qui in comitiva *Henrici* Vicecomitis *Bourghchier* Comitis de *Eu*, Capitanei caſtri de *Crotoy* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 19. die Januarii.

Membrana 10.

Salvus conductus pro diverſis Mercatoribus. Teſte ut ſuprà.

Membranæ 9. & 8.

De confirmatione tractatûs quòd avunculus Regis prius mitteret Ambaſſiatores ad Regem *Angliæ*, pro finali concluſione pacis, videlicet, 15. die Maii proximo venturo. Ambaſſiatores ex parte *Angliæ* Archiepiſcopus *Rothomagenſis*, Epiſcopus *Ciceſtrenſis*, *Willielmus de Fawconberge* Miles, *Robertus Roos* Miles. Ex parte *Franciæ*, *Karolus de Arteyo* Comes de *Eu*, *Guillermus* Epiſcopus *Pariſienſis*, *Karolus* Dominus de *Culant*, Magiſter *Willielmus Couſinot*, Magiſter *Johannes Beſon*, & *Johannes Herbert*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. die Februarii.

Membrana 7.

De prorogatione dietæ inter Regem & Duciſſam *Burgundiæ*, uſque in quartum diem menſis Maii proximo futuri per Ambaſſiatores Regis *Angliæ*, videlicet, *Humfridum Stafford*, *Johannem Mareney*, Milites, *Ricardum Wetton*, *Willielmum Pyrton*, & *Johannem Wodehouſe*, Armigeros, & *Johannem de Luxenbourg* Baſtard de *Seint Paul* Dominum de *Habourdon* & *Dailly ſur-Noie*, Camerarium Ducis *Burgundiæ*, *Henricum Utenhove*, *Johannem Poſtel* & *Parans Fane*, Am-

Digitized by Google

An. Dom. 1448. 1449.

bassiatores ejusdem Ducis. Teste Rege apud *Westminster* 27. die Januarii.

Ricardus Clynton, Armiger, qui in comitiva *Ricardi Vernon*, Militis, Thesaurarii *Calesiæ* moratur, habet literas de protectione. Teste Rege apud *Westminster* 25. die Martii.

Robertus Shotesbroke, Miles, qui in ambassiata Regis in partibus Regni *Daciæ* moratur, habet literas de protectione. Teste ut suprà 11. die Maii.

Membrana 6.

De potestate commissa *Johanni* Domino de *Duddeley*, Magistro *Thomæ Kent*, *Thomæ Thurland*, *Roberto Whyte*, *Willielmo Combes*, *Roberto Horne*, *Johanni Feld*, *Ricardo Water*, *Johanni Thrisk*, *Willielmo Stokton*, *Hugoni Cliderowe*, *Johanni Williamson*, *Willielmo Broun*, *Willielmo Tullyot*, & *Johanni Pulter*, ad tractandum cum Commissariis Ducis *Burgundiæ*, de intercursu mercandisarum, & specialiter de modo vendendi & emendi lanas, & pelles lanutas quæ ad stapulam *Calesiæ* adductæ sunt. Teste ut suprà 28. die Julii.

Pro *Johanne* Domino de *Duddeley*, & Magistro *Thoma Kent* ad tractandum cum Commissariis Ducis vel Ducissæ *Burgundiæ*, super reformatione attemptatorum contra treugas. Teste ut suprà.

Membrana 5.

Pro *Johanne Mareney* Milite, Magistro *Thoma Kent*, *Willielmo Pirton*, *Edwardo Grimstone*, & *Johanne Wodehouse*, Armigeris, ad tractandum cum Commissariis Ducis & Ducissæ *Burgundiæ*, super reformatione attemptatorum contra treugas. Teste Rege apud *Westminster* 28. die Maii.

Membrana 4.

Nicholaus Baudry, Armiger, qui in comitiva *Thomæ de Scales*, Militis, Capitanei castri & villæ de *Damfront* moratur, habet literas de protectione. Teste ut suprà 10. die Maii.

Abbas de Bury Sancti Edmundi, qui versùs partes transmarinas pro negotiis Regis expediendis profecturus est, habet literas de protectione. Teste ut suprà 2. die Aprilis.

Rex concessit *Willielmo Kilburne* Rectori *Sancti Medardi* de *Oye*, omnimodas decimas tam personales quàm prediales ad orandum pro anima *Edwardi* proavi Regis & omnium procerum & magnatum qui in comitiva sua ad obsidionem villæ *Calesiæ* obierunt, & quorum corpora ibidem humata requiescunt. Teste Rege apud *Westminster* 2. die Augusti.

Membrana 3.

Pro *Humfrido* Duce de *Buckingham*, *Johanne Marney* Milite, *Ricardo Witherton*, *Thoma Stoner*, & *Willelmo Orwell* ad inquirendum de terris concelatis in villa *Calesiæ* & Marchiis ibidem. Teste Rege apud *Winton* 11. Julii.

Membrana 2.

Salvus conductus pro *Carolo* Domino de *Culen*, Chivaler, in regnum *Angliæ* veniendo usque præsentiam Regis de facto pacis. Data apud *Westminster* 22. die Martii.

Consimiles literas de salvo conductu habent subscripti, videlicet,

Archiepiscopus de *Reims*.
Le Bastard d'*Orleans*.
Le Seigneur de *Pressigny*.
Maistre *Guillem Cousinot*.

Membrana 1.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Florentia*. Teste Rege apud *Westminster* 20. die Novembris.

Digitized by Google

Rotulus Franciæ de anno 28. Henrici VI.

AN. DOM. 1449. 1450.

Membrana 11.

DE poteſtate data *Johanni* Domino *Duddeley*, & Magiſtro *Thomæ Kent* ad tractandum cum Commiſſariis Magiſtri *Pruſſiæ*, ac patriæ vocatæ *le Meſne Hanze*, ſuper reformatione attemptatorum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 23. die Septembris.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 8. die Novembris.

Membrana 10.

Salvus conductus pro *Stephano Bygerrell*, *Nowell Feverer*, *Johanne Faburell*, *Johanne Morell*, *Willielmo le Wake*, *Johanne Saymell*, *Michaele Bolour*, & *Martino Leblount*, Britonibus priſonariis *Johannis Waynflete*, *Nicholai Shipman* & *Roberti Thorp* versùs partes ſuas proprias tranſeundis pro finantiis ſuis. Teſte Rege apud *Shene* 23. die Septembris.

De preſentatione ad Eccleſiam de *Picham* juxta villam *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 17. die Novembris.

Laurentius Fairecloth in comitatu *Cantebrigiæ* Generoſus, qui versùs partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 16. die Decembris.

Thomas Shachborough, in comitatu *Warwic* Armiger, qui in comitiva *Roberti Veer*, Militis, ſuper defenſione caſtri & villæ de *Caen* moratur, habet conſimiles literas. Teſte ut ſuprà 5. die Februarii.

Membrana 9.

Willelmus Aunſell Generoſus qui in comitiva *Ricardi Vernon*, Militis, Theſaurarii *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectionibus. Teſte ut ſuprà 24. die Novembris.

Thomas Dryng, Miles, qui versùs partes *Franciæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 28. die Novembris.

Membrana 8.

Ricardus Pynchebek qui in comitiva *Johannis Hampton*, Armigeri, Capitanei caſtri de *Hammes* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 19. die Februarii.

Robertus Wyngefeld nuper de *Letheryngham*, in comitatu *Suffolc* Armiger, qui in comitiva *Edmundi* Ducis *Somerſet*, Locumtenentis generalii *Franciæ* & *Normanniæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 8. die Maii.

Rex commiſit Vicecomiti *Bourghchier*, *Radulfo* Domino de *Suddeley*, *Johanni* Domino de *Stourton*, *Thomæ Stanley*, Militi, & *Thomæ Rempſton*, Militi, cuſtodiam caſtri & villæ *Caleſiæ* ac turris de *Ryſebank*, & Marchiarum in partibus *Picardiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 2. die Aprilis.

Membrana 7.

Rex conceſſit *Johanni Taverner* de *Kingeſton ſuper Hull*, quòd navis ratione magnitudinis ſuæ eximiæ nominata *Carraka*, vocatur *Grace-Dieu*. Teſte ut ſuprà 22. die Decembris.

Rex pardonavit *Johanni Copildyke* Locumtenenti villæ & caſtri de *Crotoy*, & Soldariis ibidem omnimodas proditiones per ipſos factas pro appunctuamento faciendo cum parte adverſa, abſque mandato Regis. Teſte ut ſuprà 13. die Decembris.

Membrana 6.

Pro *Roberto Manfeld* Vitellario *Caleſiæ*, *Egidio Seint Lo*, & *Ricardo Wytherton* ad capiendum monſtrum hominum ad arma & ſagittariorum in comitiva *Henrici* Vicecomitis *Bourghchier*, *Radulfi* Domini de *Sudeley*, & *Johannis* Domini de

Digitized by Google

An. Dom. 1449. 1450.

Stourton, Cuſtodum caſtri & villæ *Caleſiæ*, &c. Teſte Rege apud *Leiceſtre* 30. die Aprilis.

De poteſtate commiſſa Magiſtro *Thomæ Kent*, ad tractandum cum Archiepiſcopo *Colonienſi* ſuper ſolutione penſionis annuæ in futurum. Teſte ut ſuprà 14. die Maii.

Ad ſupplicationem *Gervaſii Clyfton* & aliorum (qui ceperunt quaſdam Naves cum gentibus armorum de *Britannia*), Rex conceſſit ſalvos conductus Magiſtro & marinariis cujuſdam navis versùs partes ſuas redeundo & veniendo in *Angliam* pro ſolutione finantiarum ſuarum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 19. die Julii.

Membrana 5.

De confirmatione quorundam appunctuamentorum inter Regem *Angliæ* & Regem *Daciæ*. Ambaſſiatores ex parte *Angliæ*, *Ricardus Caunton*, & *Johannes Beek*, Miles. Ex parte *Daciæ*, *Kanutus Michael* Decanus *Haffnienſis*, *Roskildenſis* dioceſis, *Eckardus Fryll*, & *Nicholaus Erici*, Milites. Teſte Rege apud *Leiceſtriam* 9. die Aprilis.

Membrana 4.

Johannes Eſton, Armiger, qui in comitiva *Johannis* Domini de *Stourton*, Capitanei turris de *Ryſbank* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 30. die Junii.

Mauncerus Marmyon, Miles, qui, &c. ut ſuprà habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà.

Magiſter *Thomas Kent* qui in Ambaſſiata versùs partes *Pruſſiæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 10. die Julii.

De poteſtate commiſſa Magiſtro *Thomæ Kent*, *Johanni Stokker* Mercatori de *London*, & *Henrico Bermeian* Mercatori de *Lenn Epiſcopi*, ad tractandum cum Commiſſariis *Magiſtri Pruſſiæ* & civitatum *Hanſæ*, vocatæ *le Meſne Hanſe*, ſuper reformatione attemptatorum. Teſte ut ſuprà 28. die Junii.

Membrana 3.

De permittendo *Iſabellam de la Laynge* Domicellam & familiarem Duciſſæ *Burgundiæ*, versùs partes *Flandriæ* tranſire. Teſte ut ſuprà 24. die Auguſti.

Membrana 2.

De exemplificatione Litterarum Regis *Daciæ*, de ſalvo conductu ſuo pro Mercatoribus *Angliæ* uſque ad feſtum Sancti *Michaëlis Archangeli*, quod erit in anno Domini 1451. Teſte ut ſuprà 4. die Julii.

Membrana 1.

Rex conceſſit *Alexandrio Paleſtrell* omnia bona *Jacobi Bernardin* rebellis. Teſte ut ſuprà 23. die Decembris

Rotulus Franciæ de anno 29. Henrici VI.

An. Dom. 1450. 1451.

Membrana 16.

SAlvus conductus pro *Petro Baleſton* & aliis Mercatoribus patriæ de *Limoges* in partibus *Franciæ*, ratione moleſtationis per ſubditos Regis, colore rupturæ treugarum per avunculum Regis factæ. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 2. die Septembris.

De officio Ballivæ aquæ villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Willielmo Joſeph*. Teſte ut ſuprà 20. die Octobris.

Membrana 15.

De poteſtate data *Radulfo Sudele* Militi, *Johanni Stourton* Militi, Magiſtro *Johanni Derby* & *Johanni Marny* Militi, ac *Johanni Nanfan*, *Willielmo Pyrton*, & *Johanni Wodehouſe*, ad tractandum cum Commiſſariis Ducis & Duciſſæ *Bur-*

Digitized by Google

gundiæ, ſuper reformatione attemptatorum contra treugas. Teſte ut ſuprà 12. die Januarii.

Membrana 14.

De licentia danda *Willielmo Canynges* traducendi naves ad partes de *Iſland* & *Fynmarch*, ratione ſtatuti editi in anno 8. *Henrici VI.* quòd ſtapula ſit apud *Norborn* in *Norwegia*. Teſte ut ſuprà 16. die Decembris.

Salvus conductus pro *Laurentio Reynford*, Armigero, mittendo navem cum mercandiſis in regnum *Angliæ* pro ſolutione finantiæ ſuæ exceſſivæ. Teſte ut ſuprà 23. die Decembris.

Membrana 13.

Salvus conductus pro *Rogero de la Crike*, nuper plegio *Willelmi Zouche* priſonarii, versùs partes *Franciæ* tranſeundo. Teſte Rege apud *Cantuariam* 25. die Septembris.

De licentia danda *Johanni de la Mote* priſonario, traducendi ſtannum pro ſolutione reſiduæ finantiæ ſuæ. Teſte ut ſuprà 15. die Octobris.

Membrana 12.

Rex aſſignavit *Radulfum de Sudeley* Militem, *Johannem Stourton* Militem, *Willielmum Pyrton* Armigerum, & alios juſtitiarios ſuos ad inquirendum de feloniis perpetratis infra inſulam de *Colne*, per *Guydonem de Vaſto* & alios. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. die Aprilis.

Membrana 11.

De licentia traducendi naves versùs *Sanctum Jacobum Galiciæ* in *Iſpania*. Teſte ut ſuprà 5. die Martii.

De licentia danda *Henrico Norbury*, Militi, traducendi mille marcas auri & argenti extra regnum in partem ſolutionis finantiæ ſuæ. Teſte ut ſuprà 14. die Aprilis.

Membrana 10.

De licentia danda Duciſſæ *Somerſet* & *Leoni Wellys*, Militi, marito ſuo proſequendi Ducem *Aurelianenſem*, Comitem de *Anguliſma*, Comitem de *Dunoys*, & alios de regno *Franciæ* pro magnis monetæ ſummis. Teſte ut ſuprà 15. die Martii.

De licentia danda *Johanni Ormond* Armigero, priſonario, mittendi quandam bargiam cum mercandiſis versùs partes *Franciæ* & *Normanniæ* pro ſolutione finantiæ ſuæ. Teſte ut ſuprà 18. die Martii.

De quadam balingera de *Diepe* vocata *Litell John*, cum perſonis ibidem captis priſonariis, Rex conceſſit ſalvos conductus eiſdem ad villam de *Diepe* tranſeundis pro finantiis ſuis. Teſte ut ſuprà 26. die Martii.

Membrana 9.

De licentia danda *Roberto* Priori *Sancti Johannis* de *Jeruſalem* in *Anglia*, & aliis Ambaſſiatoribus ad concedendum literas de ſalvo conductu hominibus patriæ *Hanſæ* in *Angliam* veniendis. Teſte ut ſuprà 5. die Maii.

De licentia danda *Hamoni Richer* cariandi unam navem cum mercimoniis versùs partes *Franciæ* pro redemptione *Johannis Joſeph*, priſonarii ibidem. Teſte ut ſuprà 18. die Maii.

Membrana 8.

Salvus conductus pro talibus perſonis mittendis per Duciſſam *Burgundiæ* ad Regem *Angliæ*. Data apud *Weſtminſter* ultimo die Maii.

De acquietantia Comitis de *Tancarville* de ſumma ſex millium coronarum in partem ſolutionis centum & viginti millium coronarum, in qua Dux *Aurelianenſis*, ratione elargationis ſuæ de priſona, obligatus eſt. Data ut ſuprà 24. die Julii.

Membrana 7.

De confirmatione inſtrumenti de aviſamentis inter Ambaſſiatores Regis *Angliæ*, & Magiſtri *Pruſiæ*, & civitatum *Hanſæ;* videlicet, ex parte *Angliæ*, Priorem *Sancti Johannis* de *Jeruſalem*, Magiſtrum *Thomam Kent*, *Willelmum Witham*, *Johannem*

Digitized by Google

An. Dom. 1450. 1451.

Stocker & *Henricum Berynghan*; ex parte *Pruſſiæ*, &c. Magiſtrum *Johannem de Aſt*, *Wilhelmum de Calven*, *Gerardum de Mynden*, *Gerardum Haer*, Magiſtrum *Johannem Vront*, *Henricum Lopow*, *Ludolphum Struve*, *Johannem Mendopp*, *Georgium Rober*, *Johannem Meydenburgh*, *Johannem de Heſe*, *Tymannum Severſack* & *Jacobum Jough*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 22. die Julii.

Membrana 6.

De poteſtate data *Radulfo Botiller*, Militi, & *Johanni de Stourton*, Militi, conducendi homines ad arma & ſagittarios uſque ad villam *Caleſiæ*, & ad eos regendos ibidem. Teſte Rege apud *Cantuariam* quinto Auguſti.

adhuc Membrana 6.

Pro *Radulfo de Suddeley*, Milite, & *Johanne Stourton*, Milite, *Ricardo Whetehill*, *Ricardo Renede* & *Johanne Williamſon*, ad tractandum cum Commiſſariis Ducis *Burgundiæ*, ſuper ſolutione magnæ pecuniarum ſummæ Mercatoribus ſtapulæ *Caleſiæ* per Mercatores ejuſdem Ducis. Teſte ut ſuprà 7. die Auguſti.

De licentia danda *Roberto Donne* & aliis, ad cariandum navem cum mercandiſis versùs partes *Franciæ* pro ſolutione finantiæ Domini de *Fauconberge* priſonarii Comitis d'*Evreux*. Teſte Rege apud *Cantuariam* 13. die Auguſti.

Membrana 5.

De licentia danda *Edwardo Stradling*, Militi, *Johannæ* uxori ejus, *Henrico* filio ſuo, & aliis eskippandi lanas ad partes *Britanniæ* pro redemptione ſua. Teſte Rege apud *Cantuariam* 16. die Auguſti.

Rex conceſſit mutuare *Thomæ Kyriell*, Militi, priſonario, quinque millia ſalutz de obligationibus quibus Dux *Aurelianenſis* obligatur pro ſatisfactione finantiæ ſuæ. Teſte ut ſuprà 12. die Auguſti.

Oſbertus Mundeford, Armiger, qui in comitiva *Gervaſii Clifton*, Armigeri, Theſaurarii *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà quinto Auguſti.

Membrana 4.

De aſſignatione reſolutionis mille marcarum Majori & Societati Mercatorum ſtapulæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 7. die Junii.

Membrana 3.

Ricardus Storme, qui in comitiva *Ricardi Wydevyll* Domini de *Ryvers*, Seneſcalli Ducatûs *Aquitaniæ* moratur, habet literas de ſalvo conductu. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 10. die Junii.

Membrana 2.

De reſolutione ſummæ quatuor millium marcarum facienda Majori & Societati ſtapulæ *Caleſiæ*, quæ ſumma fuit per eos ſoluta Duci *Burgundiæ*, ſecundùm communicationem per Ambaſſiatores, &c. Teſte ut ſuprà 7. die Junii.

Membrana 1.

De poteſtate commiſſa Priori *Sancti Johannis Jeruſalem*, Magiſtro *Willielmo Whitham* & *Henrico Bermyngham*, ad tractandum cum Commiſſariis Magiſtri *Pruſſiæ*, ac patriarum *Hanſæ*, vocatæ *le Meſne Hanſe*. Teſte ut ſuprà 4. die Maii.

An. Dom. 1451. 1452.

Rotulus Franciæ de anno 30. Henrici VI.

Membrana 17.

DE conſtituendo *Edmundum* Ducem *Somerſet*, Capitaneum caſtri & villæ *Caleſiæ* ac Locumtenentem marchiarum ibidem. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 21. die Septembris.

Leo Dominus de *Welles*, qui in comitiva *Edmundi* Ducis *Somerſet* prædicti moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 24. die Septembris.

Digitized by Google

Membrana 16.

Johannes Stoughton, Armiger, qui, &c. ut ſuprà, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 25. die Octobris.

Johannes Lely, Armiger, qui in comitiva *Gervaſii Clifton* Theſaurarii *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte 1. die Octobris.

Membrana 15.

Salvus conductus pro *Huguet Aubert* & aliis de regno *Franciæ*, (ad ſupplicationem *Johannis Ormond* Armigeri), in regnum *Angliæ* veniendis cum navi & mercandiſis ſuis pro ſolutione finantiæ ejuſdem *Johannis*. Teſte ut ſuprà 27. die Novembris.

Robertus Prynſthorpe, Armiger, qui, &c. ut ſuprà, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 20. die Novembris.

Membrana 14.

Johannes Strete, qui in comitiva *Thomæ Fynderne*, Militis, Locumtenentis caſtri de *Guyſnes* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 12. die Februarii.

Henricus Standish, de comitatu *Lancaſtre* Armiger, qui in comitiva *Gervaſii Clyfton*, Theſaurarii *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 13. die Martii.

Membrana 13.

Thomas Fynderne, Miles, Locumtenens caſtri de *Guyſnes* in partibus *Picardiæ*, qui ſuper ſalva cuſtodia ejuſdem caſtri moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 25. die Januarii.

Robertus Don, Armiger, qui in comitiva ejuſdem *Thomæ Fynderne* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 9. die Februarii.

Membrana 12.

Willielmus Peytove nuper de *Cheſterton* in comitatu de *Warwic*, Miles, qui in comitiva *Edmundi* Ducis *Somerſet* Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 1. die Decembris.

Rex conſtituit *Edmundum* Ducem *Somerſet* Locumtenentem in villa & marchiis *Caleſiæ* & in partibus *Picardiæ*, *Flandriæ* & *Artoys*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. die Decembris.

Salvus conductus ad ſupplicationem *Gervaſii Clyfton* & aliorum, pro gentibus de Ducatu *Normanniæ* ſuper mare captis, in regnum *Angliæ* veniendis cum navi & mercandiſis ſuis pro ſolutione finantiarum ſuarum. Teſte ut ſuprà 5. die Decembris.

Membrana 11.

Thomas Pilmate, *Johannes Enault*, & alii de partibus *Franciæ* nuper cum certis Ambaſſiatoribus Adverſarii *Caroli Franciæ*, in regnum *Scotiæ* tranſeundo pro certis negotiis cum Rege *Scotorum* peragendis, & ab eodem regno versùs partes *Franciæ* redeundo per maris intemperiem uſque terram *Willielmi* Baronis de *Hilton* in Epiſcopatu *Dunelmenſi*, Armigeri, in quadam navi provecti, & per eundem Baronem & ſervientes ſuos priſonarii capti, Rex ad ſupplicationem ejuſdem Baronis conceſſit eis literas de ſalvo conductu versùs partes *Franciæ*, tranſeundo & abindè in regnum *Angliæ* redeundo cum navi & mercandiſis ſuis pro ſolutione finantiarum ſuarum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 15. die Decembris.

Literæ de ſalvo conductu pro diverſis Mercatoribus veniendis in regnum *Angliæ*. Teſte ut ſuprà 26. die Januarii.

Membrana 9.

De licentia danda *Johanni Warde*, ad tranſeundum versùs partes *Normanniæ* cum navi & mercandiſis pro deliberatione diverſorum hominum villæ *Novi Caſtri ſuper Tynam* ſuper mare captorum. Teſte ut ſuprà 17. die Martii.

Digitized by Google

An. Dom. 1451. 1452. De licentia danda *Henrico* Duci *Exoniæ*, quòd ipſe per Deputatos ſuos civitatem *Burdegalæ* adire poſſit, ad recipiendum diverſa vina & alia bona quæ habuit tempore redditionis dictæ civitatis *Burdegalæ* in manus Adverſarii *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 27. die Martii.

Membrana 8.

Literæ de ſalvo conductu pro diverſis Mercatoribus. Teſte ut ſuprà 23. die Julii.

Membrana 7.

Magiſter *Willielmus Gray* Procurator Regis in Curia *Romana*, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 12. die Maii.

De licentia traducendi versùs partes *Iſpaniæ* centum perſonas captas ſuper mare cum navibus ſuis. Teſte ut ſuprà 9. die Maii.

Salvus conductus pro *Petro Chaundeler*, de partibus *Normanniæ* cum navi & mercandiſis in regnum *Angliæ* veniendo, & abindè versùs partes *Normanniæ* redeundo pro deliberatione *Roberti May* de civitate *Exoniæ* & aliorum ſuprà mare captorum. Teſte ut ſuprà 24. die Maii.

Membrana 6.

Rex conſtituit *Johannem* Comitem *Salop* principalem & generalem Capitaneum armatæ Regis, cum poteſtate data ei. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 27. die Junii.

De licentia danda *Petro de Saint Crike*, Armigero, quòd ipſe per attornatus ſuos versùs partes *Iſpaniæ* cum navi & mercandiſis, pro redemptione fratrum ſuorum captorum priſonariorum, ſuper redditione villæ de *Clermont* in Ducatu *Aquitaniæ* in manus Adverſarii. Teſte ut ſuprà 16. die Junii.

Membrana 5.

Salvus conductus pro *Roberto le Sonldeour* Mercatore *Rothomagi*, (ad ſupplicationem *Willielmi Atte Nede* de comitatu *Wiltes*, priſonarii ejuſdem *Roberti*), veniendo in *Angliam* cum navi & mercandiſis ſuis, ut ipſe *Willielmus* finantiam ſuam ſolvere valeat. Teſte ut ſuprà 18. die Auguſti.

De officio Magiſtri Fabri in villa *Caleſiæ*, conceſſo *Thomæ Clampard*. Teſte ut ſuprà 3. die Februarii.

Membrana 4.

De licentia danda *Georgio Swylyngton*, Armigero, quòd ipſe per Deputatos ſuos cum navi & mercandiſis versùs *Burdegalam* tranſire poſſit pro ſolutione finantiæ ſuæ. Teſte ut ſuprà 14. die Martii.

Membrana 3.

Rex conceſſit *Willielmo Pyrton*, Armigero, & uxori dominium de *Banelyngham* in partibus *Picardiæ*. Teſte ut ſuprà 13. die Julii.

Membrana 2.

Salvus conductus pro *Mathuro Bryſſon* & aliis priſonariis *Henrici Banaſter* Valetti Coronæ, versùs partes *Franciæ* tranſeundo, & abinde in *Angliam* redeundo cum navi & mercandiſis pro ſolutione finantiæ ſuæ. Teſte ut ſuprà 5. die Julii.

Membrana 1.

De reſolutione ſummæ ſeptingentarum & viginti librarum mutuatarum Regi in neceſſitate pro defenſione regni *Angliæ* per *Robertum Tanfeld*. Teſte ut ſuprà 26. die Februarii.

Rotulus

Digitized by Google

Rotulus Franciæ de anno 31. Henrici VI.

Membrana 15.

SAlvus conductus, ad ſupplicationem *Ricardi Chaterton* pro Mercatoribus *Normanniæ* veniendis in *Angliam* pro citiùs ſolutione finantiæ ejuſdem *Ricardi*, qui amiſit omnia bona ſua occaſione perditionis Ducatûs *Normanniæ*, & priſoſonarius captus fuit. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 2. die Septembris.

Membrana 14.

De licentia eskippandi lanas uſque ad villam de *Bruges* in *Flandria* & villam de *Middelburgh*, non obſtante ſtatuto de prohibitione eas traducendi ad aliquem alium locum quàm ad ſtapulam *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 11. die Novembris.

Membrana 13.

Salvus conductus pro *Michaele Goſſelyn* & aliis cum triginta perſonis de partibus *Boemiæ*, *Hungariæ*, *Auſtriæ* & *Miciæ*, in regnum *Angliæ* veniendis ad operandum in mineris Regis habentibus meliorem ſcientiam, &c. Teſte ut ſuprà 2. die Novembris.

Membrana 12.

Salvus conductus pro *Simone Tavy* & aliis veniendis in regnum *Angliæ*, ad tractandum cum ligeis Regis pro deliberatione *Willielmi Cousynot*, de partibus *Franciæ* priſonarii. Teſte ut ſuprà 8. die Octobris.

Membrana 11.

Salvus conductus pro *Edwardo Pyket* & aliis (ad ſupplicationem *Jacobi* Comitis de *Wilteſchire*), captis priſonariis per ſervientes ejuſdem Comitis, in regnum *Angliæ* veniendis cum navi & mercandiſis pro ſolutione finantiarum ſuarum. Teſte ut ſuprà 8. die Januarii.

Willielmus Illarye, de comitatu *Suffolc* Armiger, qui in comitiva *Gervaſii Clyfton*, Armigeri, Theſaurarii *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 8. die Februarii

Salva gardia pro Fratre *Georgio de Bruggys* Viſitatore Domorum Ordinis Fratrum *Cruciferorum*, in regnum *Angliæ* veniendo causâ viſitationis Domorum prædictarum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 3. die Martii.

Membrana 10.

Salvus conductus pro *Guillielmo de Lane* & *Guillielmo de Houper* Mercatoribus de *Rouen*, priſonariis *Willielmi Cantelow* civis de *London* versùs partes *Normanniæ* tranſeundis. Teſte ut ſuprà 16. die Maii

Membrana 9

Rex deputavit *Robertum* Priorem *Sancti Johannis de Jeruſalem* in *Anglia*, ad tractandum in Ambaſſiata versùs partes tranſmarinas, & dedit ei licentiam cariandi aurum extra regnum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 3. die Martii.

De poteſtate commiſſa Priori prædicto, *Ricardo* Domino de *Ryvers*, Magiſtro *Ricardo Caunton*, Magiſtro *Willielmo Toly* & *Willielmo Pyrton*, Armigero, ad tractandum cum Commiſſariis Ducis aut Duciſſæ *Burgundiæ*, pro reformatione attemptatorum contra treugas. Teſte ut ſuprà 3. die Martii. (Vide *Membranam 1.* Teſte 29. Julii.)

Salvus conductus pro *Yewan Boſc* & aliis, (ad ſupplicationem *Willielmi Bonneville*, Militis), priſonariis ejuſdem *Willielmi*, in regnum *Angliæ* cum navi & mercandiſis veniendis. Teſte ut ſuprà 14. die Maii.

Membrana 8.

Salvus conductus pro *Willelmo Gaigner* & aliis Mercatoribus de *Britannia*, priſonariis *Walteri Ralegh*, Armigeri, & aliorum in regnum *Angliæ* veniendis

Digitized by Google

cum navi & mercandiſis. Teſte ut ſuprà 13. die Februarii.

De licentia eskippandi pro *Johanne Ormond*, Armigero, qui per Adverſarios captus fuit, & ad finantiam trium millium librarum cum expenſis poſitus, &c. Teſte Rege apud *Redyng* 25. die Martii.

Membrana 7.

Salvus conductus pro *Johanne Melyn* & aliis de *Britannia*, priſonariis *Willielmi Bonnevylle*, Militis, in regnum *Angliæ* veniendis cum navi & mercandiſis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. die Maii.

Salvus conductus (ad ſupplicationem inhabitantium villæ de *Brithelmeſton*) pro *Gerat Folyot* & aliis priſonariis, versùs partes *Franciæ* tranſeundis cum navi, &c. Teſte ut ſuprà primo die Junii.

Membrana 6.

Salvus conductus pro *Herven Burne* & aliis de *Britannia*, priſonariis *Johannis Salter de Fowey*, in regnum *Angliæ* veniendis cum navi & mercandiſis. Teſte ut ſuprà 28. die Julii.

Membrana 5.

Salvus conductus pro *Roberto Terawnt* & aliis priſonariis, in regnum *Franciæ* tranſeundo, & exindè in regnum *Angliæ* redeundo cum navi & mercandiſis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 29. die Maii.

De licentia eskippandi pro deliberatione *Eliæ Arnold*, *Roberti Bridde* & *Willielmi Whytyng* nuper ſuprà mare captorum. Teſte ut ſuprà primo die Junii.

Willielmus Peytowe, de *Cheſterton* in comitatu *Warwic* Miles, qui in comitiva *Edmundi* Ducis *Somerſet*, Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte 7. die Junii.

Nicholaus Morley, de *Aspeden* in comitatu *Hertford* Armiger, qui in comitiva *Thomæ Fynderne*, Militis, Locumtenentis caſtri de *Guyſnes* moratur, habet literas de protectione. Data 12. die Julii.

Membrana 4.

Clemens Maryot, nuper de *Skeyton* in comitatu *Norfolc* Yeoman, qui in comitiva dicti *Thomæ Fynderne* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 16. die Julii.

Membrana 3.

Salvus conductus pro *Johanne le Fevre* & aliis, de regno *Franciæ* & alibi in regnum *Angliæ* veniendis cum navi & mercandiſis pro celeriori proviſione finantiæ *Willielmi Nevyll* Domini de *Fauconberge*. Teſte ut ſuprà 14. die Julii.

Membrana 2.

Rex conſtituit *Johannem Hewet*, Armigerum, attornatum ſuum infrà villam & marchias *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 30. die Julii.

De officiis Contrarotulatoris *Caleſiæ* & monetæ, conceſſis eidem *Johanni*. Teſte ut ſuprà 12. die Julii.

Membrana 1.

Salvus conductus pro *Oweno Gawe* & aliis de villa de *Sancto Paulo* de *Lyon* in *Britannia*, priſonariis *Johannis Houlet* & *Roberti Barbour*, veniendis in *Angliam* cum navi & mercandiſis. Teſte Rege apud *Mallyng* 29. die Auguſti.

Georgius Carol, qui in comitiva *Johannis Nanfan* Armigeri, Cuſtodis de *Jereſey* & *Guerneſey* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 29. die Auguſti.

Salva gardia pro Mercatoribus *Hanſæ Alemanniæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 29. die Julii.

Digitized by Google

Rotulus Franciæ de anno 32. *Henrici VI.*

Membrana 16.

SAlvus conductus pro mercandiſis ducendis in regnum *Angliæ* pro ſolutione finantiarum *Johannis Pryn* & aliorum priſonariorum *Gervaſii Clyfton*, Militis, & *Vincentii Pycleſden*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 18. die Septembris.

Conſimilis conductus ex parte Subditorum Regis captorum ſuprà mare pro citiùs ſolutione finantiarum ſuarum. Teſte ut ſuprà 19. die Septembris.

Membrana 15.

Conſimilis conductus ex parte *Johannis le Brun*, priſonarii *Ricardi Whetehill* Majoris villæ *Caleſiæ*, &c. ut ſuprà. Teſte ut ſuprà 18. die Octobris.

Membrana 14.

Salvus conductus pro *Johanne de Breſſay*, Milite, *Hugone de Vignes* & aliis Armigeris, in regnum *Angliæ* veniendis ut plegiis pro finantia prædicti *Willielmi Cousynot*. Teſte ut ſuprà.

Membrana 13.

Ricardus Tunſtall, Armiger, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 1. die Decembris.

Membrana 12.

De licentia eskippandi lanas pro *Waltero Breus* Mercatore ſtapulæ *Caleſiæ*, capto ſuper mare pro ſolutione finantiæ ſuæ. Teſte Rege apud *Mallyng* 17. die Auguſti.

Membrana 11.

Johannes Knyvett, nuper de *Hamerton* in comitatu *Huntingdon* Armiger, qui in comitiva *Thomæ Fynderne* Locumtenentis caſtri de *Guyſnes* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. die Februarii.

Membrana 10.

Salvus conductus pro *Rogero Vitemylle*, priſonario *Gervaſii Clyfton*, Militis, in regnum *Franciæ* tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 19. die Januarii.

Salvus conductus pro Magiſtro cujuſdam navis, &c. ex parte *Johannis Nicholas* & *Willielmi Petyt*, priſonariorum *Philippi Courtenay*, Militis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 22. die Januarii.

Membrana 9.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Franciæ* ex parte *Johannis Clyfton*, Armigeri, qui in comitiva *Thomæ Kyriel*, Militis, per adverſarios captus fuerit, & poſitus ad finantiam octingentarum marcarum. Teſte ut ſuprà 12. die Martii.

Membrana 8.

Literæ de ſalvo conductu conceſſæ diverſis perſonis, in regnum *Angliæ* veniendis cum mercandiſis. Teſte ut ſuprà 15. die Martii.

Membrana 7.

Robertus Dallyng, Armiger, qui in comitiva *Thomæ Fynderne*, Militis, Locumtenentis caſtri de *Guyſnes* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 19. die Aprilis.

Johannes Leydeyerd, de *Glympton* in comitatu *Oxon* Armiger, qui, &c. ut ſuprà, habet literas de protectione. Teſte primo die Maii.

Conſimiles literas habet *Willelmus Bertram*, Armiger, qui, &c. ut ſuprà. Teſte ut ſuprà 13. Junii.

De inquirendo pro reparationibus *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 15. die Junii.

Digitized by Google

An. Dom. 1453. 1454. De inquirendo ſuper deductionem de vadiis ſoldariorum villæ *Caleſiæ* per abſentiam eorumdem. Teſte ut ſuprà.

Membrana 6.

De licentia traducendi mercandiſas pro deliberatione *Roberti Stowell*, Armigeri, in comitiva *Johannis* nuper Comitis *Salop*, capti priſonarii, & ad grandem finantiam poſiti. Teſte ut ſuprà 4. die Decembris.

Membrana 5.

Ricardus Clerke, qui in comitiva *Johannis* Comitis *Oxoniæ* unius Cuſtodum maris moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 29. die Junii.

Conſimiles literas habet *Johannes Wareyn*, qui in comitiva *Johannis* Comitis de *Wygorn* (*Worceſter*), unius Cuſtodum maris moratur. Teſte ut ſuprà 16. Julii.

Membrana 4.

De licentia traducendi lanas, &c. conceſſa *Willielmo Foreſted*, Armigero, pro ſolutione ſummæ pecuniæ mutuatæ Regi per eum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. die Julii.

Membrana 3.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte ut ſuprà 23. die Julii.

Membrana 2.

Salvus conductus pro *Guillielmo Guidat*, priſonario *Jar de la Verugh*, versùs partes ſuas proprias tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 23. die Julii.

De poteſtate commiſſa *Ricardo* Duci *Eborum*, Capitaneo villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 18. die Julii.

Membrana 1.

Henricus Braybroke, qui in comitiva *Johannis Cheyne* Militis, Vitellarii *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 26. die Julii.

Rotulus Franciæ de anno 33. Henrici VI.

An. Dom. 1454. 1455.

Membrana 26.

THomas *Wynchecombe*, qui in comitiva *Gervaſii Clyſton*, Militis, Theſaurarii villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. die Novembris.

Membrana 25.

Salvus conductus, ad ſupplicationem *Johannis Comitis Salop* pro *Olivero Coteve* Chivaler, priſonario ejuſdem Comitis, versùs partes *Franciæ* tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 24. die Novembris.

Membrana 24.

Salvus conductus pro *Nicholao de Margny* & duobus fratribus ſuis, nuper captis per *Johannem Colle* & alios, & poſitis ad gravem finantiam, veniendis in regnum *Angliæ* cum navi & mercandiſis ſuis. Teſte ut ſuprà 8. die Decembris.

Membrana 23.

Johannes Coleyn, qui in comitiva *Johannis Cheyne* Militis, Vitellarii *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 11. die Februarii.

Membrana 22.

De caſtro & villa *Caleſiæ* ac turri de *Ryſbank*, deliberandis *Ricardo* Duci *Eborum*, ſuper exoneratione *Edmundi* Ducis *Somerſet*, ac cuſtodia eorundem. Teſte ut ſuprà 4. die Novembris.

Digitized by Google

Salva gardia pro *Bartholomæo Ravenatecenſi* Archiepiſcopo, in regnum *Angliæ* veniendo. Teſte ut ſuprà 22. die Novembris.

Membrana 21.

Johannes Fitz de *Favyſtok* in comitatu *Devon* Generoſus, qui in comitiva *Thomæ Fynderne*, Militis, Locumtenentis caſtri de *Guyſnes* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 25. die Februarii.

Membrana 20.

Salvus conductus pro *Gilberto Foucaut* priſonario *Andreæ Kebell* & aliis, versùs partes tranſmarinas tranſeundis cum navi & mercandiſis ſuis pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 23. die Martii.

Membrana 19.

Salvus conductus pro mercandiſis traducendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 1. die Martii.

Membrana 18.

Salvus conductus, ad ſupplicationem Comitiſſæ *Salop*, *Willielmo Gougent* aliàs *de Rouville*, priſonario dictæ Comitiſſæ, extrà regnum tranſeundo pro facto finantiæ ſuæ. Teſte ut ſuprà 11. die Martii.

De exonerando Ducem *Eborum*, de cuſtodia caſtri & villæ *Caleſiæ* ac turris de *Ryſbank*. Teſte ut ſuprà 6. die Martii.

adhuc Membrana 18.

De officio Magiſtri carpentarii villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Pacche*. Teſte ut ſuprà 10. die Martii.

Membrana 17.

De exemplificatione pro Vitellario *Caleſiæ* pro ſolutione vadiorum ſoldariorum *Caleſiæ*, & de vitellatione ejuſdem. Teſte ut ſuprà 8. die Februarii.

Membrana 16.

Salvus conductus (ad ſupplicationem *Johannis* Domini de *la Force*, Armigeri, qui amiſit hereditatem ſuam), pro Mercatoribus *Franciæ* in relevamine ejuſdem *Johannis*. Teſte ut ſuprà 28. die Junii.

Membrana 15.

Salvus conductus, ad ſupplicationem *Ricardi Whityngham* Armigeri, priſonarii, pro Mercatoribus *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 9. die Aprilis.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Normanniæ*, pro citiùs ſolutione exceſſivæ finantiæ *Ricardi Seint Barbe*, Armigeri. Teſte ut ſuprà 1. die Maii.

Membrana 14.

Salvus conductus, ad ſupplicationem *Willelmi Nevyll* Domini de *Fauconberge* priſonarii, pro Mercatoribus *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 20. die Junii.

Membrana 13.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Normanniæ* ad proſequendum pro deliberatione *Johannis Rowryk*, *Johannis Skidmore* Generoſorum, & *Jacobi Hony* priſonariorum. Teſte ut ſuprà 25. die Aprilis.

Membrana 12.

Johannes Stokes, de *London* Grocer, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. die Julii.

Membrana 11.

De poteſtate conceſſa *Ricardo* Comiti *Warwic*, Capitaneo caſtri & villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 13. die Auguſti.

De licentia traducendi mercandiſas pro *Johanne Bonyffant*, priſonario poſito ad

Digitized by Google

An. Dom. 1454. 1455.

gravem finantiam. Teſte Rege apud *Ford* 15. die Septembris.

Membrana 10.

Salvus conductus pro navibus *Iſpaniæ*, pro ſolutione finantiæ *Bartholomæi de Rybeyre*, Armigeri. Teſte ut ſuprà 16. die Auguſti.

Membrana 9.

De licentia traducendi triginta equos vocatos *Ambelers*, versùs partes *Franciæ* pro ſolutione finantiarum tenentium de *Kinges-Melcombe*, captorum priſonariorum per Adverſarium *Franciæ* & ſpoliatorum de bonis ſuis, quando ibidem applicuerunt. Teſte ut ſuprà 19. die Auguſti.

adhuc Membrana 9.

Salvus conductus pro Magiſtro & marinariis cum navi & mercandiſis ſuis, ex parte *Thomæ de Sitran*, Armigeri, qui amiſit poſſeſſiones ſuas quando Adverſarius *Franciæ* civitatem *Burdegalæ* & patriam ibidem ultimò invaſerit, & ſibi ſubjugaverit. Teſte ut ſuprà 13. die Auguſti.

Salvus conductus pro *Johanne Puydefou* aliàs *Johanne de Boys*, Milite, priſonario Comitiſſæ *Salop*, extrà regnum *Angliæ* tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 14. die Auguſti.

Membrana 8.

Pro *Thoma Fynderne*, Milite, precipiendo reventiones dominii de *Guyſnes* per manus receptoris pro ſolutione ſoldariorum caſtri ibidem. Teſte 11. die Auguſti.

Membrana 7.

Salvus conductus pro Mercatoribus in *Angliam* veniendis pro ſolutione finantiarum diverſorum priſonariorum *Philippi Courtenay*, Militis. Teſte ut ſuprà 30. die Julii.

Membrana 6.

De licentia danda *Willielmo Curteys* & *Thoma Hoore* de *Shoreham* in comitatu *Suſſex*, ad tractandum cum inimicis Regis pro deliberatione *Johannis Purſote* Teſte ut ſuprà 28. die Julii.

Membrana 5.

De licentia eskippandi lanas pro *Simone Nory* Mercatore de *Florentia*, qui Regi gratanter mutuaverit ſummam mille & ducentarum marcarum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 7. die Auguſti.

De exemplificatione pro ſoldariis *Caleſiæ*, de ſolutione vadiorum ſuorum. Teſte 9. die Auguſti.

De officio de *Water-Bailliff* villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Thoma Martyn*. Teſte ut ſuprà 8. die Auguſti.

Membrana 4.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Franciæ*, ex parte *Henrici Bealknap*, Armigeri, qui poſitus ſuerit ad exceſſivam finantiam. Teſte ut ſuprà 7. die Auguſti.

Membrana 3.

Salvus conductus pro quadam navi de *Iſpania*, in regnum *Angliæ* venienda ex parte *Johannis de Beaumont*, Militis, priſonarii. Teſte ut ſuprà 20. die Auguſti.

Membrana 2.

De licentia traducendi mercandiſas pro *Willielmo Nevyll* Domino de *Fauconberge*, priſonario, pro celeriori expeditione deliberationis ſuæ. Teſte ut ſuprà 11. die Auguſti.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Francia*, ex parte *Nicholai Overton*, qui poſitus fuit ad exceſſivam finantiam. Teſte ut ſuprà 7. die Auguſti.

Digitized by Google

AN. DOM. 1454. 1455.

Membrana 1.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Normanniæ*, ex parte *Franciſci de Montferrant*, Militis, qui amiſit omnia bona ſua quando Adverſarius *Franciæ* civitatem *Burdegalæ* & patriam ibidem ultimò invaſerit & ſibi ſubjugaverit. Teſte ut ſuprà 13. die Auguſti.

Rotulus Franciæ de anno 34. Henrici VI.

AN. DOM. 1455. 1456.

Membrana 34.

SAlvus conductus pro Mercatoribus *Iſpaniæ*, ex parte *Johannis de Monlawe*, Armigeri, qui amiſit omnia quando Adverſarius *Franciæ* civitatem *Burdegalæ* invaſerit & ſibi ſubjugaverit. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 18. die Octobris.

Membrana 33.

Salvus conductus pro *Johanne Andrea* & aliis priſonariis *Johannis Stourton*, Militis, ad partes exteras tranſeundis, & in *Angliam* redeundis cum navi & mercandiſis pro redemptionibus ſuis. Teſte ut ſuprà 6. die Septembris.

Membrana 32.

Ricardus Sheriff generoſus, qui in comitiva *Thomæ Fynderne*, Militis; Locumtenentis caſtri de *Guyſnes* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 11. die Septembris.

Membrana 31.

Salvus conductus pro priſonariis Comitis *Oxoniæ* captis ſuprà mare, in regnum *Angliæ* veniendis cum navi & mercandiſis pro deliberatione ſua. Teſte Rege apud *Forde* 26. die Septembris.

Conſimilis conductus pro priſonariis *Edmundi Mulso*, Militis, & *Thomæ Stanley*, Militis.

Membrana 30.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Iſpaniæ*, ex parte *Remundi Roſſen* & aliorum, qui amiſerunt omnia, quando Adverſarius *Franciæ* Ducatum *Aquitaniæ* invaſerit & ſibi ſubjugaverit. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. die Octobris.

Membrana 29.

Salvus conductus pro *Roberto Moryn*, priſonario *Thomæ Yve* & *Thomæ Barker*; ad partes exteras pro finantia ſua & aliorum priſonariorum predictorum *Thomæ* & *Thomæ* tranſeundis. Teſte ut ſuprà 29. die Octobris.

Membrana 28.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Normannia*, ex parte *Mariæ* nuper uxoris *Petri de Montferaunt* Domini de *Leſparre*, qui crudeliter interfectus erat tempore ſubjugationis *Burdegalæ* & patriæ ibidem. Teſte ut ſuprà 30. die Octobris.

Membrana 27.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Francia*, in relevamine filiorum *Roberti Princeſthorp*, priſonariorum. Teſte ut ſuprà 14. die Novembris.

Membrana 26.

Salvus conductus pro navi cum mercandiſis pro deliberatione *Johannis Spenſer* & aliorum priſonariorum in *Britannia*. Teſte ut ſuprà 31. die Januarii.

Membrana 25.

Salvus conductus pro navi de *Iſpania*, in relevamine *Galiardi de Durefort*, Militis, Domini de *Duras*, qui amiſit omnia tempore ſubjugandi Ducatum *Aquitaniæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 3. die Februarii.

Digitized by Google

An. Dom. 1455. 1456. Salvus conductus pro Mercatoribus de *Francia* ex parte *Edmundi Arblaſtre* Armigeri, qui poſitus fuerit ad exceſſivam finantiam. Teſte ut ſuprà 15. die Februarii.

Membrana 24.

Willielmus Wandesford, Armiger, qui versùs partes tranſmarinas profectus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 18. die Januarii.

Salva gardia pro *Virgilio Bornadum* familiari fratris Regis *Hungariæ*, in terram *Hiberniæ* peregrè tranſeundo. Teſte ut ſuprà 26. die Januarii.

Membrana 23.

De licentia traducendi peregrinos versùs *Sanctum Jacobum Galiciæ*. Teſte 31. die Januarii.

Membrana 22.

Willielmus Colyn qui in comitiva *Thomæ Fynderne* Militis, Capitanei caſtri de *Guyſnes* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 16. die Januarii.

Membrana 21.

De licentia traducendi 24 equos vocatos *Ambulers* ad partes exteras, pro relevamine *Ricardi Haiſeld* priſonarii. Teſte ut ſuprà 26. die Februarii.

Membrana 20.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Franciæ* ex parte *Johannis Briger*, qui ſuprà mare captus fuerit & poſitus ad exceſſivam finantiam. Teſte ut ſuprà 9. die Martii.

Literæ de protectione pro *Thoma Parker*, Armigero. Teſte ut ſuprà 11. die Martii.

Membrana 19.

Salvus conductus pro navi *Iſpaniæ* ex parte *Gaſtonis de Falces* filii *Lodowici de Falces*, Militis defuncti, qui amiſit omnia tempore ſubjugandi *Burdegalam* & patriam ibidem. Teſte ut ſuprà 9. die Martii.

De licentia traducendi frumentum pro *Willielmo Harvey*, qui cum aliis captus fuerit ſuprà mare priſonarius nuper poſt reddictionem civitatis *Burdegalæ*. Teſte 12. die Martii.

Membrana 18.

De præſentatione ad Eccleſiam Parochialem *Sancti Martini de Slymes*, in partibus de *Guyſnes*. Teſte ut ſuprà 22. die Martii.

Membrana 17.

Salvus conductus pro navi de *Baiona* ex parte *Petri de Santariſſa*, Armigeri, qui pro defenſione *Aquitaniæ* captus fuerit priſonarius. Teſte ut ſuprà.

Membrana 16.

Salvus conductus pro navi de *Iſpania* ad ſupplicationem *Johannis Beaumont*, Militis, priſonarii in manibus adverſariorum. Teſte ut ſuprà 12. die Februarii.

Salvus conductus pro *Johande Trote*, priſonario *Johannis Pikeryng*, Armigeri, versùs partes exteras tranſeundo pro finantia ſua. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 23. die Aprilis.

Salvus conductus pro navi *Iſpaniæ* ex parte *Bernardi d'Abzac*, Armigeri, qui amiſit omnia, &c. Teſte ut ſuprà 24. die Aprilis.

Membrana 15.

Literæ de protectione pro *Ricardo Preſton* Generoſo. Teſte ut ſuprà 12. die Aprilis.

Membrana 14.

De licentia traducendi mercandiſas in relevamine *Johannis Young* & *Henrici Derby* priſonariorum. Teſte ut ſuprà 1. die Aprilis.

Membrana

Digitized by Google

An Dom. 1455. 1456.

Membrana 13.

Salvus conductus pro *Johanne Ferman* Scutifero, de *Francia* in *Angliam* veniendo pro certis querimoniis movendis coram Rege contra aliquos subditos Regis. Teste ut suprà 21. die Maii.

Membrana 12.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Normannia* ex parte *Johannis d'Absac* Domini de *Force*, qui amisit omnia. Teste ut suprà 15. die Maii.

De officio Ballivi aquæ villæ *Calesiæ*, concesso *Willielmo Grimmesby*. Teste Rege apud *Oxford* 19. die Maii.

Membrana 11.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Francia* in relevamine *Ricardi Pyle*, unius valettorum de cellario Regis. Teste Rege apud *Westminster* 2. die Julii.

Membrana 10.

Rex concessit *Waltero Aumonier* duas pasturas infra dominium de *Oye*, vocatas le *Beke* & le *Cuppe* cum Piscariis. Teste ut suprà 31. die Maii.

Membrana 9.

De licentia traducendi lanas pro *Simone Nory*, mercatore de *Florentia*. Teste ut suprà 2. die Januarii.

Membrana 8.

De licentia traducendi jocalia, plata, vestimenta, &c. versùs Curiam *Romanam* pro *Vincentio Clement* Collectore *Papæ*, qui intendit transire ad regnum *Aragoniæ*, ad servitium Regi faciendum. Teste ut suprà 23. die Aprilis.

Membrana 7.

De licentia traducendi peregrinos versùs *Sanctum Jacobum*, dum tamen non transmittatur aurum vel argentum colore præsentis licentiæ. Teste ut suprà 14. die Aprilis.

Membrana 6.

Salvus conductus pro Mercatoribus ex parte *Galfridi Smyth*, nuper personæ Ecclesiæ *Sancti Leonardi* in villa de *Honnefleur*, qui missus fuit ad intimandum Regi qualiter villa prædicta tunc extiterat in periculo perdendi, & captus suprà mare prisonarius. Teste Rege apud *Westminster* 16. die Julii.

Salva gardia pro serviente Regis *Daciæ* in regnum *Angliæ* veniendo. Teste ut suprà 18. die Julii.

De licentia traducendi lanas pro Vicecomite *Bourghchier*, qui solvit diversis personis mille & ducentas libras pro Rege. Teste ut suprà 30. die Julii.

Membrana 5.

De licentia ttaducendi stannum in relevamine *Willielmi Roger*, & aliorum ad numerum 21 personarum prisonariorum. Teste ut suprà 30. die Julii.

Membrana 4.

Salva gardia pro mercatoribus de *Janua*. Teste ut suprà 26. die Junii.

Salvus conductus pro Mercatoribus ex parte *Thomæ Kyriell* Militis, prisonarii, pro finantia sua persolvenda. Teste ut suprà 22. die Julii.

Membrana 3.

De licentia traducendi stannum ex parte *Oliveri Batirsby*, Armigeri, qui perdidit omnia & captus fuit prisonarius & positus ad finantiam excessivam tempore obsidionis castri & villæ de *Damfront*, quæ fuerunt ultima loca Ducatûs *Normanniæ* quæ capta fuerunt. Teste ut suprà.

Membrana 2.

Salvus conductus pro Mercatoribus in relevamine *Johannis Segur*, Armigeri. Teste Rege apud *Maydestone* 22. die Augusti.

Digitized by Google

AN. DOM. 1456. 1457.

Rotulus Franciæ de anno 35. *Henrici VI.*

Membrana 26.

DE licentia eskippandi lanas pro *Thoma Kirkeby*, Milite, qui positus fuit ad exceſſivam finantiam. Teſte Rege apud *Coventry* 10. die Decembris.

Robertus Roklegh nuper de *Ortheton* in comitatu *Devon*, Armiger, qui in comitiva *Gervaſii Clyfton*, Militis, Theſaurarii *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. die Februarii.

Membrana 25.

Ricardus Grene de comitatu *Hereford*, Mercator, qui in comitiva *Johannis Marney* Militis, Capitanei caſtri de *Hammes* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 8. die Novembris.

De licentia eskippandi lanas pro comite *Wygorniæ*, qui ſolvit mille & ducentas libras pro Rege diverſis perſonis. Teſte ut ſuprà 20. die Septembris.

Membrana 24.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Franciæ* ex parte *Johannis Norbury*, & aliorum plegiorum *Johannis Norbury* Militis, priſonarii defuncti, pro citiùs ſolutione finantiæ ſuæ. Teſte ut ſuprà 19. die Septembris.

De licentia traducendi mercandiſas pro Comite *Salop* pro finantia *Oliveri de Coetury*, Militis, nuper priſonarii ſui. Teſte Rege apud *Coventry* 28. die Septembris.

Membrana 23.

De licentia eskippandi pannos pro *Ricardo Ludlowe*, qui miſit filium ſuum uſque civitatem *Rothomagi* ad loquelam patriæ illius & in ſcientia erudiendi, ubi filius prædictus (quando civitas & patria in manus Adverſarii ſubactæ fuerunt) captus fuit & poſitus ad exceſſivam finantiam. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 13. die Januarii.

Membrana 22.

Salvus conductus pro fratre *Willielmo Bellingier* & aliis, in regnum *Angliæ* veniendis cum finantia *Oliveri Cotteby* Militis, & *Mandonneti de la Caſſaigne* priſonariorum Comitiſſæ *Salop* & *Johannis* nunc Comitis *Salop*. Teſte ut ſuprà 23. die Novembris.

Membrana 21.

De licentia traducendi lanas pro Comite *Northumberland*, pro ſolutione ſummarum pecuniarum pro cuſtodia caſtri & villæ *Berewici*, ac *Eſt Marchiarum* versùs *Scotiam*. Teſte Rege apud *Coventry* 12. die Martii.

Membrana 20.

Johannes Pikbourn qui in comitiva *Johannis Nanfan* Armigeri, Gubernatoris inſularum de *Jerſey* & *Gerneſey* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 23. die Februarii.

Membrana 19.

De officio Receptoris caſtri & Dominii de *Guyſnes*, conceſſo *Philippo Bealknap* Armigero. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 28. die Januarii.

De officio Cuſtodiæ de *Ryſbank* juxta villam *Caleſiæ*, conceſſo *Mauritio Byford*. Teſte ut ſuprà 26. die Martii.

Membrana 18.

De licentia traducendi mercandiſas pro *Roberto Stathum*, qui captus fuit tempore ſubverſionis *Normanniæ*, & poſitus ad gravem finantiam. Teſte ut ſuprà 29. die Junii.

Membrana 17.

De licentia traducendi lanas pro ſolutione duorum millium marcarum *Thomæ Fyn-*

Digitized by Google

derne, Militi, Locumtenenti caſtri de *Guyſnes*, & Soldariis ibidem. Teſte ut ſuprà 12 die Maii.

Johannes Wayneſlete de *Weſtleton* in comitatu *Suffolc* Armiger, qui in comitiva *Johannis Marney* Militis, Capitanei caſtri de *Hammes* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 27. die Maii.

Membrana 16.

Salvus conductus pro *Karolo Berewe*, & aliis priſonariis *Johannis Roke*, ad partes exteras tranſeundis pro finantiis ſuis. Teſte ut ſuprà 15. die Aprilis.

Conſimilis conductus pro *Petro Jardyn*, & aliis priſonariis *Johannis Stourton*, Militis, tranſeundis, ut ſuprà. Teſte ut ſuprà 28. die Maii.

Thomas Knyveton de *Derford* in comitatu *Kantiæ* Armiger, qui in comitiva *Ricardi Nevill* Comitis *Warwic*, Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte 27. die Junii.

Membrana 15.

Salvus conductus pro Magiſtro navis cum mercandiſis ex parte *Johannis* Domini de *la Lande* Militis, qui captus fuit & poſitus ad exceſſivam finantiam tempore quo Comes *Salop* interfectus fuit. Teſte ut ſuprà 25. die Maii.

Membrana 14.

De licentia traducendi lanas pro *Nicholao Boyle*, pro ſolutione ſummæ pecuniæ quam dedit pro jocalibus Regis, quæ Rex recuperavit per judicium in ſcaccario. Teſte Rege apud *Coventry* 10. die Junii.

Membrana 13.

Salvus conductus pro Magiſtro navis cum mercandiſis, ex parte *Gardinetti Bretton* & aliis priſonariis *Willielmi Keche*, & *Johannis Hill* pro ſolutione finantiarum ſuarum. Teſte ut ſuprà 3. die Auguſti.

Membrana 12.

Willielmus Broke, qui in comitiva *Gervaſii Clyſton* Militis Theſaurarii *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 23. die Julii.

Membrana 11.

De licentia eskippandi lanas pro *Henrico Fylongley*, Armigero, Cuſtodi Garderobiæ Regis, pro expenſis ejuſdem. Teſte ut ſuprà 8. die Auguſti.

Membrana 10.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Franciæ* in relevamine *Radulfi Grenthode*, qui in comitiva *Thomæ Kyriell*, Militis, in *Normannia* captus fuit. Teſte ut ſuprà 13. die Julii.

Membrana 9.

De licentia danda *Johanni* Duci *Norffolc* tranſeundi ad diverſa loca Sanctorum tam in *Hibernia*, *Scotia*, *Britannia*, *Picardia* & *Colonia*, quàm ad ſacro ſanctum ſanguinem de *Wyndeſnak*, necnon ad *Romam* & *Jeruſalem* ad vota ſua perimplenda. Teſte ut ſuprà 24. die Auguſti.

Salvus conductus pro Mercatoribus in relevamine *Vitalis de Ville*, Armigeri, qui amiſit omnia tempore ſubjugationis Ducatûs *Aquitaniæ*. Teſte 8. die Auguſti.

Membrana 8.

Johannes Bank Capellanus, qui in comitiva *Willielmi* Domini de *Fauconberge*, Capitanei caſtri de *Rokeſburgh* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 26. die Julii.

Membrana 7.

Robertus Sparowe, qui in comitiva *Henrici* Comitis *Northumberland*, Gardiani *Eſt Marchiarum* versùs *Scotiam* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 27. die Auguſti.

Digitized by Google

AN. DOM. 1456. 1457.

Membrana 6.

De licentia traducendi ſtannum & plumbum pro Rege *Portugalliæ*. Teſte Rege apud *Coventry* 2. die Martii.

Membrana 5.

Salvus conductus pro *Petro de Vitoire* & aliis Mercatoribus de *Iſpannia*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 8. die Julii.

Membrana 4.

De licentia traducendi mercandiſas pro deliberatione *Thomæ Talbot* & *Johannis Stafford*. Teſte ut ſuprà 1. die Junii.

Salvus conductus pro *Nandoneto de Caſſanea*, priſonario Comitiſſæ *Salop*, ad partes exteras tranſeundo pro finantia ſua. Teſte ut ſuprà 6. die Julii.

Membrana 3.

Willielmus Nevyll, Miles, Dominus de *Fauconberge*, qui in Comitiva *Ricardi Nevill* Comitis de *Warwic*, Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. die Julii.

Membrana 2.

Salvus conductus ad ſupplicationem Abbatis & Conventûs *Beati Petri Weſtmonaſterii* pro Mercatoribus de *Caen* in *Normannia*, veniendis in *Angliam* cum lapidibus de *Caen*, pro ædificatione Monaſterii prædicti. Teſte ut ſuprà 15. die Auguſti.

Membrana 1.

De licentia traducendi lanas pro *Willielmo Beaufils*, Clerico ſalariorum Regis pro ſolutione ſummæ pecuniarum quam ipſe ſolvit diverſis perſonis, pro vinis pro expenſis hoſpitii Regis. Teſte ut ſuprà.

AN. DOM. 1457. 1458.

Rotulus Franciæ de anno 36. Henrici VI.

Membrana 30.

DE licentia traducendi mercandiſas pro *Thoma Deſcales*, Milite, qui captus fuit priſonarius & poſitus ad redemptionem triginta quinque millium ſalutium. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. die Septembris.

Willielmus Denys, Armiger, qui versùs *Terram Sanctam* peregrè profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 25. die Octobris.

Membrana 29.

De licentia traducendi mercandiſas pro *Roberto Jeuncquinſon*, capto priſonario, tempore ſubverſionis Ducatûs *Aquitaniæ*. Teſte ut ſuprà 20. die Novembris.

Membrana 28.

Thomas Herbert, Armiger, qui in obſequio Regis ſuprà mare profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 20. die Octobris.

Membrana 27.

Philippus Wentworth, Miles, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 28. die Novembris.

Membrana 26.

De licentia eskippandi lanas. Teſte ut ſuprà 14. die Decembris.

Membrana 25.

Johannes Kiſley nuper de *Bedfont*, Armiger, qui versùs villam *Caleſiæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 4. die Decembris.

Digitized by Google

Salvus conductus pro Mercatoribus ex parte *Johannis Stratton*, qui captus fuit priſonarius & poſitus ad magnam finantiam. Teſte ut ſuprà 21. die Octobris.

Membrana 24.

Salvus conductus pro Mercatoribus ex parte *Thomæ Aderveſton*, *Thomæ Aſterley*, & *Johannis Stroude*, qui capti fuerint priſonarii & poſiti ad exceſſivas finantias. Teſte ut ſuprà 24. die Novembris.

Membrana 23.

Salvus conductus pro Mercatoribus ex parte *Henrici Uvedale* Armigeri, priſonarii, & poſiti ad finantiam magnam. Teſte ut ſuprà 12. die Februarii.

De officio Receptoris caſtri & dominii de *Guyſnes*, conceſſo *Edwardo Aſhton*. Teſte ut ſuprà 28. die Novembris.

Membrana 22.

Protectio pro 24 perſonis extraneis, ex certis cauſis in regnum *Angliæ* veniendis in comitiva *Ricardi* Comitis de *Warwic*. Teſte ut ſuprà 22. die Januarii.

Membrana 21.

Ricardus Thornes, Armiger, qui in comitiva *Ricardi* Comitis de *Warwic*, Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. die Aprilis.

Membrana 20.

Johannes Comes *Wigorniæ*, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 28. die Januarii.

Johannes Englefeld de *Englefeld* in comitatu *Berks* Armiger, qui in partibus *Picardiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 1. die Februarii.

Membrana 19.

De licentia eskippandi *Sholyn* & *Morlyng* pro *Ricardo Ludlowe*, capto priſonario tempore ſubverſionis Ducatûs *Normanniæ*, & poſito ad gravem finantiam. Teſte ut ſuprà 20. die Januarii.

Membrana 18.

De confirmatione pro Majore & Conſtabulariis ſtapulæ villæ *Caleſiæ* de libertatibus ſuis. Teſte ut ſuprà 19. die Martii.

Membrana 17.

Henricus Kent, qui in comitiva *Johannis Marney* Militis, Capitanei caſtri de *Hammes* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 31. die Maii.

Membrana 16.

De licentia traducendi lanas pro *Ricardo* Duce *Eborum*, pro ſolutione decem millium marcarum cauſa Locumtenentiæ terræ *Hiberniæ*. Teſte ut ſuprà 28. die Martii.

Membrana 15.

De triginta libris annuatim conceſſis *Andreæ Trolop*, Armigero. Teſte ut ſuprà 19. die Maii.

Membrana 14.

De licentia traducendi lanas pro *Johanne Broun* & *Johanne Poutrell*, pro reſolutione ſummæ mille & quingentarum marcarum ab eis mutuatæ. Teſte ut ſuprà 6. die Martii.

Membrana 13.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Florentia*. Teſte ut ſuprà 12. die Januarii.

Membrana 12.

De licentia danda *Georgio Morſteyn*, Mercatori de *Crakowe*, infra regnum *Poloniæ*

Digitized by Google

in regnum *Angliæ*, veniendo & vendendo quendam magnum lapidem preciosum vocatum *a Ruby* ponderantem 214 caractas. Teste Rege apud *Westminster* 8. die Junii.

De potestate commissa *Ricardo* Comiti *Warwic*, Episcopo *Sarum*, *Henrico* Vicecomiti *Bourghchier* Priori *Jerusalem*, *Henrico Lescrop* Militi, Magistro *Vincentio Clement*, *Willielmo Bourghchier* Militi, *Thomæ Nevyll* Militi, *Johanni Nevill* Militi, *Humfrido Bourghchier* Armigero, *Johanni Wenlok* Militi, Magistro *Johanni Stratton*, Magistro *Roberto Hall*, Magistro *Thomæ Chippingham*, *Thomæ Vaughan* Armigero, *Johanni Triske*, Magistro *Lodowico Galet*, *Willielmo Pirton* Armigero, *Johanni Williamson*, *Ricardo Whetehill*, *Johanni Wodehouse*, & *Willielmo Overy*, ad tractandum cum Commissariis Ducis *Burgundiæ* super reformatione attemptatorum contra treugas. Teste Rege apud *Westminster* 14. die Maii.

Membrana 11.

De centum libris concessis *Gailliardo Durfort*, Domino de *Duras*, Teste ut suprà 9. die Maii.

Membrana 10.

De licentia traducendi lanas pro *Thoma Fynderne* Milite, Locumtenente castri de *Guysnes* pro solutione Soldariorum ibidem. Teste ut suprà 7. die Julii.

Membrana 9.

De licentia eskippandi mercandisas ex parte *Henrici Young*, Generosi, Constabularii castri de *Guysnes*, & aliorum, pro redemptione certorum prisonariorum ipsius *Henrici*. Teste ut suprà 26. die Junii.

Salvus conductus pro *Johanne de Burgundia* Comite d'*Estampes*, Episcopis *Touliensi* & *Ambianensi*, (de *Toul* & *Amiens*) *Antonio* Bastardo de *Burgundia*, *Theobaldo* de *Novo-Castro* (de *Neufchastel*) Domino de *Blanmont*, *Johanne* Domino de *Crequy*, *Johanne* Domino d'*Auxy*, *Jodoco* de *Halewyn*, *Baldewino Deymes*, *Guillielmo* Domino de *Contay*, *Petro* Domino de *Goux*, Magistro *Johanne Lorfevre*, *Anthonio Haveron*, *Ricardo Pinchon*, Magistro *Petro Milet*, *Theodorico de Vitrey*, & *Simone de la Kerreste*, Nuntiis Ducis *Burgundiæ* apud *Calesiam* veniendis, ubi dieta conventionis cum Commissaris Regis celebratur. Teste ut suprà.

Membrana 8.

De licentia eskippandi pannos laneos pro *Radulfo Charnok*, Armigero, & uxore ejus ratione gravis paupertatis per subjugationem Ducatûs *Aquitaniæ*. Teste ut suprà 14. die Julii.

Salvus conductus pro *Johanne Taupeau*, extra regnum transeundo pro solutione finantiarum quorundam prisonariorum nuper in custodia Comitissæ *Salop*. Teste ut suprà 16. die Julii.

Membrana 7.

Salvus conductus pro Mercatoribus d'*Espaigne*, ex parte *Thomæ Warson* de *Sandwico* Mercatoris, & filiorum suorum, qui capti fuerunt & positi ad finantiam, tempore quo villa prædicta per Adversarios *Franciæ*, spoliata extitit & omnia bona sua amiserunt. Teste ut suprà 23. die Augusti.

Membrana 6.

Johannes Sayer, qui in comitiva *Willielmi Nevill* Domini de *Fauconberge*, Capitanei castri de *Rokesburgh* moratur, habet literas de protectione. Teste Rege apud *Westminster* 19. die Julii.

Membrana 5.

Pro *Johanne Wenlok*, Milite, ad partes de *Antwerp*, & alia loca Ducis *Burgundiæ* transeundo, ad certa negotia Regis expedienda. Teste ut suprà 29. Augusti.

Membrana 4.

Rex concessit *Johanni Breknok* Thesaurario Hospitii Regis, subsidia & custumas pro expensis ejusdem hospitii. Teste ut suprà 27. die Augusti.

Digitized by Google

Membrana 3.

De poteſtate commiſſa *Hentico Sharp*, & *Willielmo Overy*, recipiendi querelas attemptatorum inter Regem & Ducem *Burgundiæ*. Teſte ut ſuprà 20. die Auguſti.

Salvus conductus pro Magiſtro *Jacobo de Vinage* Nuncio Ducis *Burgundiæ*, in regnum *Angliæ* veniendo ad tractandum cum Commiſſariis Regis ſuper reformatione attemptatorum. Teſte ut ſuprà 12. die Julii.

Membrana 2.

Pro *Willielmo Sprever*, & *Johanne Derby*, ad tractandum & procedendum cum Commiſſariis Ducis *Burgundiæ*, videlicet, Magiſtro *Jacobo de Vinage*, & *Simone de Moerkerk*, ſuper reformatione attemptatorum. Teſte ut ſuprà 20. die Julii.

Membrana 1.

De licentia eskippandi lanas. Teſte ut ſuprà 27. die Maii.

Rotulus Franciæ de anno 37. Henrici VI. An. Dom. 1458. 1459.

Membrana 33.

THomas *Fynderne*, Miles, qui ſuper ſalva cuſtodia caſtri de *Guyſnes* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 28. die Octobris.

Willielmus Scott de *Wynchelsée* qui in comitiva *Ricardi* Comitis de *Warwie*, Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 10. die Novembris.

Membrana 32.

Robertus Henerby, qui in comitiva *Johannis Marney* Militis, Capitanei caſtri de *Hammes* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 26. die Septembris.

Membrana 31.

De licentia eskippandi lanas pro Priore domûs de *Jeruſalem*, de *Bethleem*, de *Shene*, in ſatisfactione unius à retro exiſtentis de duobus doliis vini annuatim conceſſis eidem Priori per Regem. Teſte Rege ut ſuprà 20. die Septembris.

Membrana 30.

De licentia eskippandi lanas pro ſolutione pecuniæ mutuatæ Regi per *Henricum Carnbole*, pro quadam Ambaſſiata Regis. Teſte ut ſuprà 2. die Septembris.

Membrana 29.

Johannes Wodeward, qui in comitiva *Gervaſii Clyfton* Militis, Theſaurarii villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 1. die Novembris.

Membrana 28.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Franciæ* ex parte *Ricardi Walsh*, priſonarii. Teſte ut ſuprà 17. die Decembris.

Membrana 27.

Salvus conductus pro Magiſtro navis in relevamine *Ricardi Halle* capti priſonarii, & poſiti ad finantiam centum marcarum. Teſte ut ſuprà 11. die Decembris.

De licentia danda Majori & Societati ſtapulæ *Caleſiæ*, ad tranſmittendum ſummam duorum millium & ſexcentarum librarum mutuatam Regi pro ſolutione Soldariorum villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 16. die Decembris.

Membrana 26.

Salvus conductus pro quadam navi cum vinis pro citiori ſolutione finantiarum certorum priſonariorum Regni *Franciæ*. Teſte ut ſuprà 13. die Decembris.

Digitized by Google

Membrana 25.

Rex conſtituit *Nicholaum Huſe* Armigerum, Proviſorem omnium victualium & ſtuffurarum pro defenſione villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 3. die Decembris.

Membrana 24.

Ricardus Hervy, qui in comitiva *Thomæ Fynderne* Militis, Locumtenentis caſtri de *Guyſnes* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 19. die Martii.

Membrana 23.

Salvus conductus pro Mercatoribus ex parte plegiorum *Oliveri Batreſby*, nuper priſonarii defuncti. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 10. Martii.

Membrana 22.

De licentia traducendi mercandiſas.

Membrana 21.

De licentia eskippandi lanas pro ſolutione pecuniæ *Thomæ Kent*, nuper miſſo in Ambaſſiata versùs partes *Pruſiæ* & alibi. Teſte ut ſuprà 8. die Novembris.

Salvus conductus pro Mercatoribus in relevamine, & pro citiùs deliberatione quorundam ligeorum in manibus inimicorum *Franciæ*. Teſte 22. die Februarii.

Membrana 20.

De licentia eskippandi lanas pro ſolutione pecuniæ pro expenſis hoſpitii Regis *Thomæ Rothewell*, Armigero. Teſte ut ſuprà 26. die Octobris.

Membrana 19.

Johannes Comes *Wigorniæ*, qui versùs partes tranſmarinas profecturus eſt, habet literas de generali attornatu. Teſte ut ſuprà 29. die Januarii.

Membrana 18.

Salvus conductus pro *Roberto de Meautis* & aliis de *Normannia*, priſonariis *Johannis Augilby* Armigeri, *Johannis Thomas*, & *Otonis Gibert* Armigeri, in regnum *Angliæ* veniendis cum navi & mercandiſis. Teſte ut ſuprà 16. die Februarii.

Salvus conductus pro Magiſtro *Jacobo du Vinage*, Commiſſario Ducis *Burgundiæ*, in regnum *Angliæ* veniendo ad tractandum cum Nuntiis Regis ſuper reformatione attemptarorum contra treugas. Teſte ut ſuprà 10. die Aprilis.

Membrana 17.

Thomas Filpot, qui in comitiva *Ricardi* Comitis de *Warwis*, Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 6. die Junii.

Membrana 16.

Salvus conductus pro Magiſtro cujuſdam navis pro citiùs deliberatione *Thomæ Hanſacre*, Generoſi, Priſonarii. Teſte ut ſuprà 1. die Julii.

Membrana 15.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte ut ſuprà 20. die Junii.

De officio cuſtumarii ad portam villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Thomæ Tunſtall*, & *Jacobo Grene* Armigeris. Teſte ut ſuprà 7. Maii.

Membrana 14.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Janua*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. die Junii.

Membrana 13.

De concedendo duas Piſcarias vocatas *Godflete* & *Eaſtbroke*, infra dominium de *Marke* in Marchiis *Caleſiæ*, *Ricardo Chaundres*. Teſte 7. die Decembris.

Membrana

Digitized by Google

Membrana 12.

Salvus conductus pro *Olivero Ferian* & aliis de *Britannia*, priſonariis *Johannis Stourton* Militis, in regnum *Angliæ* veniendis cum navi & mercandiſis. Teſte ut ſuprà 13. die Junii.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Iſpaniæ*, in relevamine *Thomæ Warſon* de *Sandwico*, & duorum filiorum ſuorum captorum priſonariorum tempore quo villa *Sandwici* per adverſarios ſpoliata extitit. Teſte ut ſuprà.

Membrana 11.

De poteſtate commiſſa Magiſtro *Henrico Sharp*, *Willielmo Pyrton* Armigero, *Ricardo Rouhede*, *Simoni Reyham*, *Thomæ Stone*, *Willielmo Bracebrigg*, & *Thomæ Stephenſon*, ad tractandum cum Commiſſariis Ducis *Burgundiæ*, ſuper viis & modis emptionum & venditionum lanarum, &c. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 11. die Decembris.

Membrana 10.

De licentia eskippandi lanas pro ſolutione pecuniæ mutuatæ Regi, pro ſupportatione hoſpitii Regis per Majorem & Societatem ſtapulæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 3. die Aprilis.

Membrana 9.

Salvus conductus, ad ſupplicationem *Johannis* Comitis *Oxoniæ*, pro Mercatoribus in *Angliam* veniendis pro ſolutione finantiæ *Johannis Guychart*, priſonarii ejuſdem Comitis. Teſte Rege apud *Coventre* 26. die Julii.

Membranæ 8. 7. & 6.

De licentia traducendi, &c.

Membrana 5.

Salvus conductus pro *Geminiano Treviſano* Milite, Aulæ regalis Regis *Daciæ* Palatino. Teſte ut ſuprà 22. die Julii.

Membrana 4.

Salvus conductus pro Magiſtro *Johanne de Serra* legum Doctore de *Janua*, ad partes ſuas proprias tranſeundo. Teſte ut ſuprà 23. die Julii.

De concedendo *Ricardo Elyot* Armigero, Heremitagium *Sancti Geretrudis* de dominio de *Hammes*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 8. die Julii.

Salvus conductus pro *Johanne Reſcowe*, & aliis Mercatoribus priſonariis, ad partes ſuas proprias pro finantiis ſuis tranſeundis. Teſte Rege apud *Coventry* 16. Julii.

Membrana 2.

De licentia danda *Johanni Wynne* Aurifabro de *London*, traducendi pannos pro celeri contentatione de ſumma 1043 liv. 10 ſ. 5 d. pro diverſis jocalibus liberatis ad uſum Regis. Teſte ut ſuprà 20. die Julii.

Membrana 1.

De licentia eskippandi lanas pro Comite *Wilts*, & *Willielmo Grymmeſby* Armigero, pro ſolutione ſummæ 1500 liv. mutuatæ Regi pro expenſis Hoſpitii Regis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* quarto die Auguſti.

Rotulus Franciæ de anno 38. Henrici VI. AN. DOM. 1459. 1460.

Membrana 27.

SAlvus conductus pro Mercatoribus *Franciæ*, pro deliberatione *Thomæ Harrys*, priſonarii. Teſte Rege apud *Wynton* 1. die Septembris.

Digitized by Google

Membrana 26.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Janua*. Teſte Rege apud *Coventry* 18. die Novembris.

Membrana 25.

Robertus Bekke qui in comitiva *Nicholai Hoſye*, Armigeri, Vitellarii villæ & caſtri *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte 15. die Decembris.

Membrana 24.

De retinendo *Henricum* Ducem *Sommerſet*, Capitaneum villæ & caſtri *Caleſiæ*, & turris de *Ryſebank*, ac Locumtenentem in Marchiis ibidem. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 9. die Octobris.

Membrana 23.

Salvus conductus pro navi de *Caen* in regnum *Angliæ* venienda cum lapidibus de *Caen* pro reparatione monaſterii de *Weſtminſter*. Teſte ut ſuprà 9. die Maii.

Membrana 22.

De poteſtate commiſſa Magiſtris *Henrico Sharp*, *Johanni Danvers*, *Johanni Marney* Militi, *Oſberto Mountford* Armigero, *Willielmo Overay*, *Willielmo Stockton*, *Thomæ Danvers*, *Ricardo Heron*, *Philipo Hardbene*, *Johanni Hunt*, & *Johanni Clyſton*, ad tractandum cum Commiſſariis Ducis *Burgundiæ*, de treugis continuandis pro mutuo intercurſu mercandiſarum. Teſte Rege apud *Coventry* 26. die Novembris.

Membrana 21.

De licentia traducendi mercandiſas pro *Willielmo Stoughton*, Clerico officii Emptoris Hoſpitii Regis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 23. die Novembris.

Membrana 20.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Angliæ*, ex parte *Henrici Yonge* Generoſi; Conſtabularii caſtri de *Guyſnes*, pro redemptione certorum priſonariorum ipſius *Henrici*. Teſte ut ſuprà 10. die Januarii.

Membrana 19.

Salvus conductus pro diverſis piſcatoribus, ut factum piſcandi allecum aliorumque piſcium pro utilitate publica augeatur. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 11. die Aprilis.

Membrana 18.

Reginaldus Grenehode qui in comitiva *Henrici* Comitis *Northumberland*, Capitanei caſtri & villæ *Berewici ſuper Twedam* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 28. die Februarii.

Membrana 17.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Francia*, ex parte *Ricardi Whityngham*; capti priſonarii & poſiti ad finantiam exceſſivam. Teſte ut ſuprà 14. die Martii.

Johannes de Foix Miles, aliàs dictus *Johannes* Comes de *Hendale*, & *Arnoldus Brange*, qui in comitiva *Henrici* Ducis *Exoniæ*, Admiralli *Angliæ*, *Hiberniæ* & *Aquitaniæ*, ac Capitanei maris moratur, habent literas de protectione. Teſte ut ſuprà 12. die Aprilis.

De aſſignando *Baldewinum Fulford*, Militem, ad proficiſcendum ſuprà mare cum armata potentia in reſiſtentia rebellium. Teſte ut ſuprà 24. die Aprilis.

Membrana 16.

De licentia eskippandi pro mercatoribus ſtapulæ *Caleſiæ*, pro ſolutione pecuniæ quam mutuaverunt Regi pro ſupportatione hoſpitii ſui & aliorum onerum. Teſte ut ſuprà 20. die Martii.

Ricardus Fegge qui in comitiva *Nicholai Huſe* Armigeri, Locumtenentis caſtri de *Guyſnes* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 23. die Martii.

Digitized by Google

Membrana 14.

De paſſagio *Nicholai Bedford* communis ſervientis ſtapulæ *Caleſiæ*, pro certis negotiis ſtapulam ibidem tangentibus. Teſte Rege apud *Farnham* 28. die Decembris.

Membrana 13.

De caſtris & fortaliciis in inſulis de *Guerneſey* & *Jerſey* reparandis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 2. die Maii.

De conſtituendo *Johannem Nanfan*, Armigerum, Cuſtodem inſularum de *Jerſey* & *Guernſey*. Teſte ut ſuprà 12. die Maii.

Membrana 12.

De officiis in inſulis de *Jerſey* & *Gernſey* conceſſis. Teſte Rege apud *Coventry* 5. die Junii.

De confirmatione pro Priore & Conventu *Sancti Helerii* in inſula de *Jerſey*, pro eo quòd altiſſimo ob *Beati Helerii* merita quam plura & magna miracula in dies placuit oſtendere. Teſte ut ſuprà 2. die Maii.

Membrana 11.

Salvus conductus pro diverſis Mercatoribus.

Membrana 10.

Vide *Membranam 19.* De ſalvo conductu pro Piſcatoribus.

Membrana 9.

De poteſtate commiſſa *Henrico* Duci de *Somerſet* Capitaneo caſtri & villæ *Caleſiæ*, ad recipiendum ad gratiam, & pardonationem eis concedendam, qui adhæſerunt *Edwardo* nuper Comiti de *Marche* & aliis, exceptis *Willielmo* Domino de *Fawconberge* & aliis. Teſte ut ſuprà 5. die Junii.

Membranæ 8. & 7.

De treugis captis cum Communitate *Januæ*, incepturis à die data præſentium, & per quatuor annos duraturis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 13. die Februarii.

Membrana 6.

De licentia eskippandi lanas pro *Roberto* Domino de *Hungerford*, & *Moleyns* Milite, capto priſonario & poſito ad ſummam duodecim millium marcarum & ultrà pro finantia. Teſte Rege ut ſuprà 20. die Martii.

Membrana 5.

De ordinando *Henricum* Ducem *Exoniæ*, ad proficiſcendum ſuprà mare cum retinentia ſua pro cuſtodia ejuſdem, & de poteſtate ei concedenda. Teſte ut ſuprà 26. die Martii.

Membrana 4.

Pro *Henrico* Duce *Sommerſet*, deliberando caſtrum de *Guyſnes Ricardo* Comiti *Warwic*. Teſte Rege apud *Cantuariam* 5. die Auguſti.

Pro *Ricardo* Comite *Warwic* recipiendo caſtrum de *Guyſnes*. Teſte Rege apud *Cantuariam* 5. die Auguſti.

De proclamando *Ricardum* Ducem *Eborum*, *Edwardum* Comitem de *Marche*, *Ricardum* Comitem *Warwic*, *Ricardum* Comitem *Sarum*, & *Aleſiam* uxorem ejus, ac Comitem *Rutland* veros ligeos Regis, & de ponendo ipſos in plenam poſſeſſionem omnium terrarum ſuarum. Teſte ut ſuprà 8. die Auguſti.

Membrana 3.

Arnaldus Brange, qui in comitiva *Ricardi* Comitis *Warwic* Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 30. die Auguſti.

Digitized by Google

An. Dom. 1459. 1460.

Membrana 2.

De licentia eskippandi lanas pro *Nicholao Huſe*, Armigero, Locumtenente caſtri de *Guyſnes*, pro ſolutione pecuniæ pro vadiis ſuis & ſoldariorum ibidem. Teſte Rege apud *Coventry* 20. die Junii.

De conſtituendo *Thomam Feryer* Maſon, Capitalem cementarium omnium operationum ac reparationum cementariæ villæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 30. die Auguſti.

Membrana 1.

Salvus conductus pro diverſis Mercatoribus.

Rotulus Franciæ de anno 39. Hentici VI.

An. Dom. 1460. 1461.

Membranæ 16. & 17.

Salvus conductus pro Magiſtro cujuſdam navis pro citiori ſolutione finantiarum quorundam priſonariorum in manibus *Philippi Courtnay*, Militis. Teſte Rege apud *Sudeley* 14. die Septembris.

Membrana 16.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Normanniæ* pro citiori deliberatione certorum priſonariorum in manibus *Johannis Richardſon*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. die Novembris.

De officio Magiſtri artillariæ infrà villam *Caleſiæ* conceſſo *Roberto Newerk*. Teſte ut ſuprà 21. die Novembris.

Membrana 15.

Salvus conductus pro navi pro citiori deliberatione quorundam plegiorum *Johannis de la Lande*, Militis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 8. die Novembris.

Membrana 14.

Salvus conductus pro *Theobaldo de Neufchaſtell* Mareſcallo *Burgundiæ*, *Johanne* Domino de *Launoy*, Magiſtro *Andrea Colin*, & Magiſtro *Georgio de Bull*, in regnum *Angliæ* veniendis ad tractandum cum Commiſſariis Regis de treugis propagandis inter Regem *Angliæ* & Ducem *Burgundiæ*. Teſte ut ſuprà 25. die Octobris.

Salvus conductus pro Mercatoribus, pro citiori ſolutione finantiarum quorundam priſonariorum in manibus *Johannis Stourton*, Militis. Teſte ut ſuprà 18. die Novembris.

Membrana 13.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Franciæ*, pro citiori deliberatione *Andreæ Porker*, priſonarii. Teſte ut ſuprà 16. die Octobris.

Membrana 12.

De officio Theſaurarii villæ *Caleſiæ*, conceſſo *Waltero Blount* Armigero. Teſte ut ſuprà 22. die Octobris.

Membrana 11.

Salvus conductus pro *Lodowico de la Grunthuſe*, & Magiſtro *Johanne de Hallewyn*, in regnum *Scotiæ* tranſeundis pro certis negotiis Ducis *Burgundiæ*. Teſte ut ſuprà 25. die Octobris.

De inquirendo de vigiliis infrà villam *Caleſiæ* ſubtractis. Teſte ut ſuprà 23. die Novembris.

Membrana 10.

De licentia eskippandi lanas pro ſolutione ſummæ trium millium & ducentarum librarum *Laurentio Barbarigo* & aliis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 13. die Octobris.

Digitized by Google

Membrana 9.

De licentia danda Magiſtro *Willielmo Say* Decano Capellæ hoſpitii Regis, verſùs partes tranſmarinas tranſeundo ad negotia Regis facienda & vota ſua perimplenda. Teſte ut ſuprà 7. die Februarii.

Membrana 8.

Rex conſtituit *Johannem Clay*, Armigerum, proviſorem omnium victualium & ſtuffurarum pro defenſione villæ *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 2. die Decembris.

De licentia eskippandi lanas pro *Johanne de Foix* Comite de *Kendale*, qui captus priſonarius fuit & poſitus ad exceſſivas finantias. Teſte ut ſuprà 7. die Decembris.

Johannes Breknok, Armiger, qui in comitiva *Ricardi* Comitis *Warwic* Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte 6. die Decembris.

Membrana 7.

Salvus conductus pro Mercatoribus *Britanniæ*, pro citiori ſolutione finantiarum *Eliæ Frontihenon* & *Arnaldi Gilliam*, Generoſorum in Ducatu *Aquitaniæ*. Teſte ut ſuprà 8. die Januarii.

Membrana 6.

Salvus conductus pro *Theobaldo* Domino de *Novo Caſtro*, *Johanne* Domino de *Lannoy* Locumtenente *Holandiæ*, *Selandiæ* & *Friſſiæ*, Milite, Magiſtro *Andrea Colyn*, ac Magiſtro *Martino Steenkirch* Decano, Ambaſſiatoribus Ducis *Burgundiæ*, in regnum *Angliæ* veniendis ad tractandum cum Commiſſariis Regis ſuper facto prorogationis tractatuum intercurſûs mercandiſarum. Teſte ut ſuprà 26. die Januarii.

Membrana 5.

Salvus conductus pro Domino de *la Barde*, Milite, ad partes exteras tranſeundo. Teſte ut ſuprà 23. die Januarii.

Membrana 4.

Salvus conductus pro Mercatoribus pro citiori ſolutione finantiarum quorundam priſonariorum in manibus *Thomæ Shreve* & *Thomæ Panter de Fowey*. Teſte ut ſuprà 12. die Februarii.

Membrana 3.

De officiis Foreſtariorum foreſtæ de *Guyſnes* in marchiis *Picardiæ*, conceſſis *Willielmo Grepenhalle* & *Thomæ Good*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 28. die Novembris.

Membrana 2.

Rex conceſſit *Johanni Seintlowe*, Armigero, & aliis Mercatoribus ſtapulæ *Caleſiæ*, duas warennas cuniculorum. Teſte ut ſuprà decimo die Decembris.

Membrana 1.

Pro Majore, Aldermannis & Burgenſibus villæ *Caleſiæ*, retinendis tantas pecuniarum ſummas omnimodorum reddituum & firmarum ſuarum, &c. Teſte ut ſuprà 7. die Februarii.

Rotulus Franciæ de anno 49. Henrici VI.

AN. DOM. 1470. 1471.

Membrana 10.

THomas *Preſton*, Armiger, qui in comitiva *Ricardi* Comitis *Warwic*, Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud 15. die Novembris.

Digitized by Google

AN. DOM. 1470. 1471.

Membrana 9.

Salvus conductus pro *Salomone de Lyſle* & aliis priſonariis, versùs partes *Britanniæ* pro finantiis ſuis & ſociorum tranſeundis. Teſte ut ſuprà 8. die Novembris.

Johannes Shukburgh Generoſus, qui in comitiva *Johannis* Marchionis *Mountacute*, Gardiani Orientalium & mediarum marchiarum *Angliæ* versùs *Scotiam* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 12. die Novembris.

Salvus conductus pro Mercatoribus de *Janua*. Teſte ut ſuprà 8. die Novembris.

Membrana 8.

Johannes Harrys Generoſus, qui versùs terram *Hiberniæ* profecturus eſt in Comitiva *Georgii* Ducis *Clarentiæ*, Locumtenentis terræ prædictæ, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 21. die Januarii.

Membrana 7.

Promiſſio Regis de reſtitutione navium & mercandiſarum Mercatoribus *Hiſpaniæ*, captarum per ſubditos Regis contra pacem inter Regem *Angliæ* & Regem *Caſtellæ*. Teſte ut ſuprà 20. die Decembris.

Membrana 6.

De licentia traducendi mercandiſas pro deliberatione *Roberti Dare*, & aliorum Mercatorum priſonariorum. Teſte ut ſuprà 14. die Februarii.

Membrana 5.

Johannes Eſtham Mercator, qui in comitiva *Johannis Prom* Majoris ſtapulæ & Theſaurarii villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 2. die Martii.

Salvus conductus pro Mercatoribus pro deliberatione *Johannis Faylour* & aliorum Mercatorum, priſonariorum in manibus *Britanniæ*. Teſte ut ſuprà 8. die Martii.

Conſimilis conductus pro deliberatione *Laurentii Pygot* & aliorum priſonariorum. Teſte ut ſuprà 23. die Martii.

Membrana 4.

De poteſtate commiſſa Archiepiſcopo *Eborum*, *Georgio* Duci *Clarentiæ*, Epiſcopis *Coventrienſi* & *Menevenſi*, *Ricardo* Comiti *Warwic*, *Henrico Bourghchier*, Comiti *Eſſex*, Priori *Jeruſalem*, Magiſtris *Johanni Ruſſell* & *Henrico Sharp*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ*, videlicet, Domino *Ludovico de Harecuria* Patriarcha de *Jeruſalem*, Epiſcopo *Bajocenſi*, Dominis *Tanneguido* de *Caſtello*, Vicecomite *Guilleſono* Domino & Barone Baneretto de *Manypeny*, *Yvone* Domino *Dufou* & de *Beau-Repaire*, Magiſtris *Ricardo Michell* & *Guillermo de Ceresey*, tam de & ſuper pace perpetua, quàm de & ſuper ſecuro ſtatu treugarum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 13. die Februarii.

Membrana 3.

Pro Mercatoribus civitatis *Coloniæ* in *Alemannia*, habendis libertates ſuas. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 29. die Decembris.

Membrana 2.

Thomas Edmund, qui in comitiva *Ricardi* Comitis *Warwic*, Capitanei caſtri & villæ *Caleſiæ*, moratur, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 31. die Januarii.

Membrana 1.

Salvus conductus pro deliberatione *Rolandi Pean*, ac aliorum *Britonum* ſociorum ſuorum nuper ſuper mare captorum per ligeos Regis. Teſte ut ſuprà 13. die Novembris.

Digitized by Google

Rotulus Franciæ de anno 1. *Edwardi IV.* AN. DOM. 1461. 1462.

Membrana 38.

DE paſſagio *Edmundi Grey*, de *Ruthyn* Militis, versùs partes exteras, causâ peregrinationis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 13. die Martii.

Membrana 37.

De conductu pro quadam navi pro citiori ſolutione finantiæ *Radulfi Laurence*, priſonarii. Teſte ut ſuprà 18. die Novembris.

Membrana 36.

De conductu pro quadam navi pro citiori deliberatione *Petri de Melluris* & aliorum priſonariorum *Johannis Stourton*, Militis. Teſte Rege apud *Eborum* 11. die Maii.

Membrana 35.

De officio Ballivi skivenagii & inſulæ de *Colne* extra villam *Caleſiæ*, conceſſo *Willielmo Worſley*. Teſte Rege apud *Huntingdon* 15. die Aprilis.

Membrana 34.

De officio Magiſtri artillariæ Regis infrà villam *Caleſiæ*, conceſſo *Edmundo Cliderhowe*. Teſte Rege apud *Eborum* 12. die Aprilis.

Membrana 33.

De terris & tenementis in villa *Caleſiæ*, quæ fuerunt *Rogeri Cameys* Militis, rebellis, conceſſis *Johanni de la Lande* Militi, & filio ſuo, quia ipſi venerunt in *Angliam*, quando Adverſarius *Franciæ* civitatem *Burdegalæ* & patriam ibidem ſibi ſubjugaverit, relictis omnibus terris ſuis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 19. die Junii.

Membrana 32.

De poteſtate commiſſa *Gaillardo de Durfort*, Militi, *Willielmo Pyrton*, Armigero, *Ricardo Whetehill*, Magiſtro *Lodowico Galet* & *Otterwello Worſley*, Armigero, ad tractandum cum hiis in caſtro de *Guyſnes*, ſuper deliberatione ejuſdem caſtri. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 13. die Julii.

Membrana 31.

De conductu pro quadam navi pro citiori ſolutione finantiarum quorundam priſonariorum *Philippi Courtenay*, Militis. Teſte ut ſuprà 24. die Julii.

De officio vocato *Sandgill* infrà dominia de *Marke* & *Oye*, conceſſo *Willielmo Pecche*, Militi. Teſte ut ſuprà 17. die Julii.

Membrana 30.

De conductu pro quadam navi pro citiori deliberatione *Johannis Waleys* & *Thomæ Brown*, priſonariorum in manibus Comitis de *Armaynak*. Teſte ut ſuprà 4. die Julii.

Membrana 29.

De ſalvo conductu pro Mercatoribus *Januenſibus*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 21. die Julii.

Membrana 28.

De conductu pro Mercatoribus pro citiori deliberatione *Willielmi Cooke* & aliorum priſonariorum Domini de *la Bret*. Teſte ut ſuprà 22. die Julii.

Membrana 24.

De poteſtate commiſſa *Johanni Wenlok*, Domino *Wenlok*, *Johanni Clay*, Militi, & Magiſtro *Petro Taſter*, ad tractandum cum Duce *Burgundiæ* de mutuo inter-

Digitized by Google

An. Dom. 1461. 1462.

curſu mercandiſarum & de amicitiis. Teſte Rege apud *Wyndſore* 8. die Auguſti.

De annuali redditu quadriginta librarum, conceſſo Magiſtro *Lodovico Galet*, in conſideratione laudabilium ſervitiorum quæ pro quadraginta & quatuor annos reipublicæ impendit. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. die Auguſti.

De conſtituendo *Ricardum* Comitem *Warwic* Capitaneum villæ & caſtri *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Middelham* 7. die Maii.

Membrana 23.

De officiis Bedellorum dominiorum de *Marke* & *Oye*, conceſſis *Hugoni Coneveye*. Teſte ut ſuprà 3. die Julii.

Membrana 18.

De conſtituendo *Johannem Clay*, Militem, Vitellarium apud *Caleſiam*. Teſte ut ſuprà primo die Auguſti.

Membrana 13.

De ſalvo conductu pro quatuor Mercatoribus pro citiori ſolutione finantiarum certorum priſonariorum *Willielmi* Comitis *Kantiæ*, Avunculi Regis. Teſte ut ſuprà 14. die Decembris.

Membrana 11.

De conſtituendo *Johannem Wode* Vitellarium apud villam *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 16. Decembris.

Membrana 10.

De conductu pro *Lodowico* Domino de *Grutehuſe*, Milite, Camerario Ducis *Burgundiæ*, in regnum *Angliæ* veniendo ad certa facta armorum in præſentia Regis cum *Radulfo Grey*, Milite, peragenda. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 4. die Decembris.

Membrana 5.

De officio Receptoris dominiorum de *Sandgate* & *Hammes*, conceſſo *Willielmo Thornes* & aliis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 14. die Novembris.

Membrana 2.

De ſalvo conductu pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 3. die Februarii.

Membrana 1.

De officiis de le *Water-Bailliſhip* in villa *Caleſiæ*, conceſſo *Thomæ Martyn* & aliis. Teſte ut ſuprà 1. die Auguſti.

An. Dom. 1462. 1463.

Rotulus Franciæ de anno 2. Edwardi IV.

Membranæ 27. 26. 25. 24. & 23.

DE confirmatione pro Majore, & Aldermannis & Communitate villæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 10. die Martii.

Membrana 15.

De poteſtate commiſſa *Johanni Wenlok*, Militi, *Thomæ Vaugham*, Armigero; Magiſtro *Willielmo Godeyer* & *Willielmo Overy*, ad tractandum cum Commiſſariis Ducis *Burgundiæ*, de prorogatione treugarum, ac intercurſus mercandiſarum habendi. Teſte ut ſuprà 18. die Septembris.

Membranæ 11. & 10.

De conſtituendo *Willielmum Overay* Gubernatorem mercatorum in patriis *Brabantiæ*, *Flandriæ*, *Henaut*, *Holandiæ*, *Zelandiæ* & alibi. Data apud *Weſtminſter* 16. die Aprilis.

Membrana

Digitized by Google

AN. DOM. 1462. 1463.

Membrana 9.

De conductu pro quadam navi, pro citiori ſolutione finantiæ *Petri Mellouris*, priſonarii *Johannis Stourton*, Militis. Teſte ut ſuprà 2. die Septembris.

Membrana 8.

De conductu pro citiori ſolutione finantiarum *Willielmi Charnell*, & aliorum priſonariorum in manibus *Johannis* Comitis *Wigorniæ*. Teſte ut ſuprà 23. die Octobris.

Membrana 7.

De poteſtate commiſſa *Johanni* Domino *Wenlok*, *Thomæ Vaughan*, Armigero, & Magiſtro *Lodowico Galette*, ad tractandum cum Commiſſariis Ducis *Burgundiæ*, de prorogatione treugarum ac intercurſus mercandiſarum habendi. Teſte ut ſuprà 24. die Octobris.

Membrana 6.

De continuando intercurſum mercandiſarum cum *Flandria*, à feſto Omnium Sanctorum ultimo preterito uſque ad unum annum poſt datam preſentium venturum. Data apud *Weſtminſter* 18. die Decembris.

Membrana 5.

De conductu pro quadam navi, pro deliberatione *Johannis Breton* & aliorum priſonariorum *Philippi Courtenay*, Militis. Teſte ut ſuprà 22. die Septembris.

Rotulus Franciæ de anno 3. Edwardi IV.

AN. DOM. 1463. 1464.

Membrana 21.

JOhannes *Rippeley*, qui in comitiva *Ricardi* Comitis *Warwic* Capitanei villæ *Caleſiæ* moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 21. die Martii.

Membrana 20.

De conductu pro *Olivero Cheſſare* & aliis priſonariis *Thomæ de Burgh*, Militis, ad partes ſuas proprias tranſeundis pro finantiis ſuis. Teſte ut ſuprà 29. die Martii.

Membrana 15.

De conductu pro Mercatoribus ex parte *Willielmi Porter*, priſonarii *Willielmi Conſtable*, Militis, pro ſolutione finantiæ ſuæ. Teſte ut ſuprà 16. die Maii.

Membrana 12.

De officio altæ ballivæ comitatûs de *Guyſnes*, ac officio Vitellarii caſtri ibidem, conceſſis *Thomæ Herbert*, Armigero. Teſte ut ſuprà 1. die Junii.

Membrana 9.

De conductu pro *Lodowico de Bueil* de *Francia*, Armigero, in regnum *Angliæ* veniendo ad certa puncta armorum cum *Roberto Wingfeld* Armigero peragenda. Teſte ut ſupra 1. die Junii.

Membrana 8.

Willielmus Laken Generoſus, qui in comitiva *Johannis* Comitis *Wigorniæ*, præfecti claſſis ſuprà mare profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 29. die Auguſti.

Membrana 7.

De prorogatione intercurſûs mercandiſarum inter *Angliam* & *Flandriam*, à feſto Omnium Sanctorum uſque ad eundem feſtum quod erit in anno 1464. Teſte ut ſuprà 3. die Januarii.

De conductu pro *Johanne* Domino de *Lannoy*, Milite, Camerario Ducis *Bur-*

Digitized by Google

An. Dom. 1463. 1464.

gundiæ, in regnum *Angliæ* veniendo penes præſentiam Regis. Teſte Rege apud *Pountfract* 10. die Decembris.

Membrana 5.

De conductu pro *Alexandro Sextrie* Valetto cameræ Principis *Lodowici* de *Francia*, extrà regnum tranſeundo. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 5. die Novembris.

An. Dom. 1464. 1465.

Rotulus Franciæ de anno 4. Edwardi IV.

Membrana 24.

DE poteſtate commiſſa *Ricardo* Comiti *Warwic* & *Johanni* Domino *Wenlok*; ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* de treugis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 12. die Aprilis.

Pro eiſdem, ad tractandum cum Domino de *Lannoy* Ambaſſiatore Adverſarii *Franciæ*, de amicitiis inter Regem & Ducem *Burgundiæ*. Teſte ut ſuprà 12. die Aprilis.

Membrana 22.

Pro eiſdem ad tractandum cum Domino de *Lannoy*, de abſtinentiis guerræ cum *Francia*. Teſte ut ſuprà 28. die Martii.

Membranæ 20. 19. & 18.

De confirmatione pro Majore & Societate ſtapulæ *Caleſiæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. die Julii.

Membrana 17.

De manerio de *Banelyngham* in partibus *Picardiæ*, conceſſo Duci *Clarentiæ*. Teſte Rege apud *Eborum* 11. die Junii.

De poteſtate commiſſa *Johanni* Domino *Wenlok* & *Ricardo Whetehill*, Armigero, ad tractandum cum Adverſario *Franciæ* de treugis prorogandis. Teſte ut ſuprà 8. die Junii.

Membrana 16.

De poteſtate commiſſa Magiſtro *Willielmo Hatterclyffe* uni Secretariorum Regis, ad communicandum de negotiis inter ipſum & Ducem *Britanniæ*, & inde rationem referendum ad Regem & Concilium ſuum. Teſte ut ſuprà ſecundo die Septembris.

De poteſtate commiſſa *Bernardo de la Force*, ad communicandum de negotiis inter Regem *Angliæ* & Regem *Caſtellæ*, & inde relationem referendum ad Regem & Concilium ſuum. Teſte Rege apud *Wycombe* 9. die Octobris.

Membrana 15.

De poteſtate commiſſa *Johanni* Comiti *Wigorniæ*, *Johanni Audeley*, Militi, & Magiſtro *Jacobo Goldewell*, ad tractandum cum Nuntiis Ducis *Britanniæ* de treugis. Teſte Rege apud *Staunford* 12. die Auguſti.

Membrana 14.

De conductu pro *Willielmo* filio baſtardo *Egidii de Bretaigne* defuncti, cum centum perſonis in comitiva ſua, in regnum *Angliæ* veniendis, & ad glorioſum Martyrem *Sanctum Thomam Cantuariæ* tranſeundis. Teſte Rege apud *Eborum* 30. die Maii.

Membranæ 13. & 12.

Pro hominibus terræ de *Merke*, de confirmatione de libertatibus ſuis. Teſte Rege apud *Redyng* 26. Septembris.

Membrana 11.

De dieta treugarum cum *Francia* proroganda, à 21. die Aprilis uſque ad primum

Digitized by Google

AN. DOM. 1464. 1465.

diem Junii proximò futurum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. die Aprilis.

De confirmatione treugarum cum *Francia*, à vigeſimo die Maii uſque ad primum diem Octobris. Teſte ut ſuprà 23. die Aprilis.

De poteſtate commiſſa *Ricardo Caunton* Archidiacono *Sarum*, *Henrico Sharp*, *Henrico Bermycham* & *Waltero Cony*, ad tractandum cum Rege *Daciæ*, de perpetua pace. Teſte ut ſuprà 23. die Aprilis.

Membrana 6.

De poteſtate commiſſa *Ricardo Whetehill*, Armigero, & *Willielmo Caxton*, ad tractandum cum Duce *Burgundiæ*, de & ſuper continuatione intercurſûs mercandiſarum. Teſte Rege apud *Wycomb* 20. die Octobris.

Membrana 5.

De conductu pro Epiſcopo *Wiburgenſi*, *Daniele Kepkin* Cancellario, & *Erik Utone*, Milite, Ambaſſiatoribus Regis *Daciæ*, uſque præſentiam Regis veniendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 24. die Novembris.

Membrana 1.

De conductu pro certis perſonis de *Francia*, in regnum *Angliæ* veniendis cum *Johanne Kyriell* Plegio *Thoma Kyriell*, Militis defuncti. Teſte ut ſuprà 21. die Februarii.

Rotulus Franciæ de anno 5. Edwardi IV.

AN. DOM. 1465. 1466.

Membrana 23.

DE conductu pro *Johanne* Domino de *Derval*, *Willielmo Chanon* Cancellario de *Britannia*, *Tanneguy de Chaſtell* magno Magiſtro de *Britannia*, Domino *Johanne de Bonville* Vicecancellario de *Britannia*, Magiſtro *Johanne Lorſal* Preſidente, *Guydone de Fou* Domino de *Quelenett*, *Philippo le Maleſtroit* Domino de *Baumont*, Domino *Michaele de Partenay* Domino de *Panigury* & Magiſtro *Olivero de Brocul* Procuratore generali de *Britannia*, in regnum *Angliæ* veniendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 16. die Aprilis.

Membrana 22.

De ſalvo conductu pro Mercatoribus de *Janua*. Teſte ut ſuprà 30. die Maii.

Membrana 18.

De poteſtate commiſſa Magiſtro *Jacobo Goldwell* Decano *Sarum*, *Johanni Cheyne*, Militi, *Henrico Sharp* Prothonotario, *Waltero Cony* & *Henrico Bermycham*, ad tractandum cum Ambaſſiatoribus Regis *Daciæ*, de perpetua pace. Teſte ut ſuprà 11. die Junii.

Pro eiſdem ad tractandum cum *Cazimiro* Rege *Poloniæ*, ut ſuprà. Teſte ut ſuprà.

Pro eiſdem ad tractandum cum Magiſtro generali Hoſpitalis *Jeroſolomitani* Ordinis *Beatæ Mariæ Theutonicorum*, ut ſuprà. Teſte ut ſuprà.

Pro eiſdem ad tractandum cum Gubernatoribus patriarum & civitatum *Hanzæ Theutonicæ* vocatæ *le Meſne Hanze*. Teſte ut ſuprà.

Membrana 15.

De poteſtate commiſſa *Ricardo* Comiti *Warwic*, *Willielmo* Domino *Haſtinges*, *Johanni* Domino *Wenlok*, Magiſtro *Petro Faſter* Decano, Magiſtro *Thomæ Kent*, *Thomæ Colt* & *Ricardo Whetehill*, ad tractandum cum Duce *Burgundiæ* de intercurſu mercandiſarum. Teſte ut ſuprà 8. die Maii.

Pro eiſdem ad tractandum cum Duce *Britanniæ*, de & ſuper pace & intercurſu mercandiſarum. Teſte ut ſuprà.

Pro eiſdem ad tractandum cum Principe *Lodowico* Adverſario *Franciæ*, ut ſuprà. Teſte ut ſuprà.

Pro eiſdem ad tractandum cum *Karolo de Bourgoigne* Comite de *Charoloys*, ut ſuprà. Teſte ut ſuprà.

Digitized by Google

Membrana 14.

De confirmatione quorundam ſtatutorum factorum per Comitem *Warwic* pro gubernatione villæ *Caleſiæ* & marchiarum ibidem. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. Julii.

Membrana 13.

De ſalvo conductu pro Mercatoribus de *Hamburgh* in *Alemannia*. Teſte ut ſuprà 6. Maii.

De ſalvo conductu pro Mercatoribus de *Lubyk*. Teſte ut ſuprà.

Membrana 4.

De conductu pro *Johanne* Domino de *Rozintall* & *Fremperg* Fratre Reginæ *Bohemiæ*, in regnum *Angliæ* veniendo. Teſte ut ſuprà 26. Februarii.

Membrana 2.

De confirmando certas ligas concluſas inter Regem *Angliæ* & Regem *Daciæ*. Teſte ut ſuprà 1. die Martii.

An. Dom. 1466. 1467.

Rotulus Franciæ de anno 6. Edwardi IV.

Membrana 26.

DE officio Collectoris ankoragii, pontagii, &c. conceſſo *Willielmo Albert.* Teſte Rege apud *Weſtminſter* 22. die Martii.

Membrana 20.

De treugis captis inter Regem *Angliæ* & Ducem *Britanniæ*, incipiendis à 16. die Julii proximò futuro, & duraturis uſque ad decimum ſextum diem Julii proximò ſequentem. Data apud *Weſtminſter* ultimo die Aprilis.

Membrana 15.

De ſalvo conductu pro *Antonio* Baſtardo *Burgundiæ* Comite de *la Roche*, in regnum *Angliæ* veniendo cum mille perſonis in comitiva ſua ad certa armorum acta perimplenda cum *Antonio de Wideville* Domino de *Scales* & de *Nucels*. Teſte ut ſuprà 29. die Octobris.

De conductu pro *Lodowico de Bruges* Domino de *la Gruythuſe* & de *Steenhouſe*, Locumtenente generali patriarum de *Holand*, *Seland* & *Friſiæ*, *Jocoſo de Halewyn* Domino de *Peſneo* Supremo Ballivo *Flandriæ*, Magiſtro *Andrea Colin* Preſidente, *Petro de Miramont* Domino de *la Boutillarie*, *Alarto* Domino de *Raboudenghes*, Magiſtro *Lodowico de Cheſne* & Magiſtro *Georgio de Bull*, Ambaſſiatoribus Ducis *Burgundiæ*, in regnum *Angliæ* veniendis. Teſte ut ſuprà 30. die Octobris.

Membranæ 14. & 13.

De confirmatione ligarum & amicitiarum inter Regem *Angliæ* & Regem *Daciæ*; Magiſter *Jacobus Goldwell* Decanus, *Johannes Cheyne*, Miles, *Henricus Sharp* legum Doctor, *Walterus Cony* & *Henricus Bermycham* Ambaſſiatores *Angliæ*; Epiſcopus *Wybergenſis*, *Ericus Otonis* Magiſter Regalis Curiæ, *Edgardus Frille* Capitaneus, *Johannes Fyderici* Cancellarius, *Iwarcus Wickyng* Ambaſſiatores *Daciæ*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 20. die Novembris.

Membrana 12.

De officio Theſaurarii villæ *Caleſiæ*, conceſſo Majori ſtapulæ ibidem.

De officio Vitellarii conceſſo eidem Majori. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 13. die Decembris.

Membrana 11.

De poteſtate commiſſa Magiſtro *Johanni Gunthorp* & *Bernardo de la Forſſe*, Ar-

Digitized by Google

migero, ad tractandum cum Nuntiis Regis *Caſtellæ* de pace. Data apud *Penley* 6. die Auguſti.

De pace perpetua inter Regem *Angliæ* & Regem *Caſtellæ*. Data ut ſuprà.

Membrana 9.

De poteſtate commiſſa *Ricardo* Comiti *Warwic*, *Willielmo Haſtinges*, Militi; *Johanni Wenlok*, Militi, Magiſtro *Petro Faſter*, *Thomæ Mongomery*, Militi, Magiſtro *Thomæ Kent*, *Thomæ Colt* & *Ricardo Whetehill*, Armigeris, ad tractandum cum Nuntiis Ducis *Burgundiæ*, de & ſuper actibus Parliamenti de certis mercandiſis inhibendis. Teſte Rege apud *Oxoniam* 7. die Junii.

Membrana 8.

De confirmatione treugarum cum *Francia*, incepturarum per terram à 15. Junii, & per mare 15. Julii proximè futuris, & duraturarum uſque primum diem Martii, qui erit anno Domini 1467. Teſte Rege apud *Oxoniam* 7. die Junii.

Membrana 7.

De poteſtate commiſſa *Ricardo* Comiti *Warwic*, *Willelmo Haſtings*, Militi, *Johanni Wenlock*, Militi, Magiſtro *Petro Faſter*, *Johanni Beverlaci*, *Thomæ Mountgomery*, Militi, Magiſtro *Thomæ Kent*, *Thomæ Colt* & *Ricardo Whetehill*, Armigeris, ad tractandum cum Commiſſariis Adverſarii *Franciæ* de pace & treugis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 22. die Martii.

Membrana 6.

Pro eiſdem ad tractandum cum Commiſſariis Ducis *Burgundiæ* de pace & intercurſu mercandiſarum. Teſte ut ſuprà.

Pro eiſdem ad tractandum de matrimonio contrahendo inter *Georgium* Ducem *Clarentiæ*, fratrem Regis, & filiam præfati Ducis. Teſte ut ſuprà.

Membrana 5.

De poteſtate commiſſa *Roberto* Epiſcopo *Bathonienſi*, *Ricardo* Comiti de *Rivers*, Priori *Sancti Johannis de Jeruſalem*, *Willielmo Haſtings*, Militi, Magiſtro *Petro Faſter*, *Johanni Fogge*, Militi, Magiſtro *Thomæ Kent*, *Johanni Say*, Militi, & *Thomæ Colt*, Armigero, ad tractandum cum Commiſſariis Ducis *Burgundiæ*, de treugis ac amicitia, necnon attemptatis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 9. die Januarii.

Pro eiſdem ad tractandum cum Duce *Burgundiæ*, de intercurſu mercandiſarum. Teſte ut ſuprà.

Membrana 4.

De conductu pro Epiſcopis *Redonenſi*, *Maclovienſi* & *Trecoreum* (*de Rennes*, *S. Malo & Treguier*), Domino *Johanne Maleſtroit* Mareſcallo *Britanniæ*, Domino *Egidio Tornemyne*, *Willielmo Chanon* Cancellario, *Tanneguydo de Caſtro* (*du Chaſtel*), Vicecomite de *Labell*, Abbate de *Begar*, *Taneguido* de *Kermannam* Domino de *Kermannam*, *Rolando Madent* Domino de *Tuemadent*, Magiſtro *Johanne Loiaſel*, Domino *Johanne Rouville* Vicecancellario, Magiſtro *Petro Fery*, Magiſtro *Olivero de Breill*, Magiſtro *Reginaldo Godelyn* & Domino *Michaele de Partegnay* Ambaſſiatoribus Ducis *Britanniæ*, in regnum *Angliæ* veniendis. Teſte ut ſuprà 18 die Novembris.

Membrana 13.

De conductu pro Baſtardo de *Bourbon*, Comite de *Rouſſillon*, Admirallo *Franciæ*, Magiſtro *Johanne Popincourt*, Magiſtro *Johanne Parys* Ambaſſiatoribus *Franciæ*, in regnum *Angliæ* veniendis. Teſte ut ſuprà 12. die Februarii.

Membrana 2.

De ſalvo conductu pro Mercatoribus de *Venetia*. Teſte ut ſuprà 14. die Novembris.

Digitized by Google

Membrana 1.

De licentia eskippandi pro reſolutione ſummæ 52. 54 liv. 19. ſ. 10. d. mutuatæ Regi per *Gerardum Canizian* Mercatorem de *Florentia*. Teſte ut ſuprà 30. die Novembris.

An. Dom. 1467. 1468.

Rotulus Franciæ de anno 7. Edwardi IV.

Membrana 18.

DE poteſtate commiſſa Epiſcopo *Sarum*, Magiſtro *Willielmo Hatteclyffe* Secretario Regis, & *Thomæ Vaughan*, Armigero, ad tractandum cum Nuntiis *Karoli* Comitis de *Charoloys*, de & ſuper matrimonio contrahendo inter ipſum & *Margaretam* Sororem Regis. Teſte Rege apud *Windſore* 14. die Aprilis.

De conductu pro Archiepiſcopo *Narbonenſi*, Baſtardo de *Bourbon*, *Willielmo Many-Peny*, Milite, & Magiſtro *Guillielmo de Rous* Secretario, Ambaſſiatoribus *Franciæ*, in regnum *Angliæ* veniendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 25. die Junii.

Membrana 17.

De poteſtate commiſſa *Ricardo* Comiti *Warwic*, *Johanni Wenlok*, Militi, *Roberto Harecourt*, Militi, Magiſtro *Thomæ Kent* & *Thomæ Colt*, ad tractandum cum Commiſſariis *Franciæ* de pace ſeu de treugis. Teſte ut ſuprà 6. die Maii.

Membrana 16.

De poteſtate commiſſa Epiſcopo *Elienſi*, ad tractandum cum Nuntiis Regis *Caſtellæ* de perpetua pace. Data apud *Weſtminſter* primo die Julii.

Membrana 15.

De confirmatione ordinationis *Ricardi* Comitis *Warwic*, de certis præeminentiis inter Majorem ſtapulæ *Caleſiæ* & Majorem villæ *Caleſiæ*. Data apud *Weſtminſter* 24. die Julii.

Membrana 11.

De licentia danda *Johanni Speke*, Armigero, tranſeundi versùs Curiam *Romanam*, *Terram Sanctam* & alibi, ad vota ſua perimplenda. Teſte ut ſuprà 14. die Novembris.

De officio Scrutatoris in villa *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Rede*. Teſte ut ſuprà 29. die Novembris.

Membrana 10.

De poteſtate commiſſa *Ricardo* Epiſcopo *Sarum*, *Willielmo Hatterclyffe* Secretario, & *Thomæ Vaughan* Theſaurario cameræ Regis, ad tractandum cum *Karolo* Duce *Burgundiæ* de perpetua pace ſeu de treugis, necnon de intercurſu mercandiſarum, ac etiam de matrimonio contrahendo inter dictum Ducem & *Margaretam* Sororem Regis. Teſte Rege apud *Dogmersfeld* 14. die Decembris.

De poteſtate commiſſa *Roberto* Priori *Sancti Johannis de Jeruſalem*, *Thomæ Kent* & Magiſtro *Henrico Sharpe*, ad tractandum cum Nuntiis Ducis *Britanniæ*, de & ſuper prorogatione treugarum. Teſte Rege apud *Dogmersfeld* 26. Decembris.

Membrana 9.

De prorogatione treugarum cum Duce *Britanniæ*, à primo die Martii proximè futuro uſque primum diem Julii. Data ut ſuprà 17. die Januarii.

Membrana 8.

De licentia danda *Henrico* Domino *Fitzhingh*, tranſeundi versùs ſanctum ſepulchrum ad vota ſua perimplenda. Teſte Rege apud *Coventry* 18. die Februarii.

Digitized by Google

AN. DOM. 1467. 1468.

Membrana 5.

De poteſtate commiſſa *Ricardo* Epiſcopo *Sarum*, *Antonio Wydevill* Domino de *Scales*, *Willielmo* Domino de *Haſtinges*, *Johanni Scot* Militi, *Willielmo Hatteclyffe*, *Thomæ Vaughan*, Magiſtris *Thomæ Kent*, *Henrico Sharpe*, & *Johanni Ruſſell*, ac *Willielmo Roſſe*, *Roberto Beaknap*, & *Johanni Pikeryng*, ad tractandum cum Nunciis Ducis *Burgundiæ*, de & ſuper perpetua pace, necnon de treugis. Teſte Rege apud *Dogmersfeld* 20. die Septembris.

[Vide *Membranam* 2. Data apud *Wyndſore* 20. Septembris. Vide *Membranam* 1.]

De poteſtate commiſſa Epiſcopo *Sarum*, *Ricardo Wydevylle*, *Willielmo Haſtings*, *Johanni Scott*, *Willielmo Hatteclyffe*, *Thomæ Vaughan*, *Thomæ Kent*, *Henrico Sharp*, & *Johanni Ruſſell*, ad tractandum cum Duce *Burgundiæ* de & ſuper matrimonio contrahendo inter ipſum, & *Margaretam* ſororem Regis. Teſte ut ſuprà.

Membranæ 4. & 3.

De tractatu certorum articulorum pro intercurſu mercandiſarum, & piſcatione ſuprà mare inter Regem *Angliæ*, & *Iſabellam* filiam Regis *Portugalliæ* Duciſſam *Burgundiæ*, pro & in nomine Ducis *Burgundiæ*. Data apud villam de *Bruxellez* 24. die Novembris.

Membrana 2.

Ad tractandum apud *Bruges*, de articulis predictis pro intercurſu mercandiſarum, &c. Data ut ſuprà.

Rotulus Franciæ de anno 8. Edwardi IV.

AN. DOM. 1468. 1469.

Membranæ 34. & 33.

DE treugis inter Dominum Regem & Ducem *Britanniæ*, incepturis 12 die inſtantis Junii, & duraturis pro triginta annis. Data apud *Weſtminſter* 9. die Junii.

Membrana 32.

De poteſtate commiſſa Epiſcopo *Sarum*, *Antonio de Wydevylle* Domino de *Scales*, *Ricardo Fenys* Domino de *Dacre*, *Johanni* Domino de *Wenlok*, *Johanni Scot* Militi, Magiſtro *Willielmo Hatterclyffe*, Magiſtro *Johanni Gunthorp*, *Thomæ Mountgomery* Militi, *Thomæ Vaughan*, Magiſtro *Johanni Ruſſell*, & Magiſtro *Henrico Sharpe*, ad conveniendum cum Ambaſſiatoribus Ducis *Burgundiæ* ſuper 28 die Junii apud *Bruges*, & ibidem finem imponendum ſuper differentiis tangentibus intercurſum mercandiſarum occaſione quarundam ordinationum in ſtapula *Caleſiæ*, & prohibitionum pannorum *Angliæ*, non ducendorum in patrias ejuſdem Ducis. Teſte ut ſuprà 12. die Junii.

Membrana 30.

Rex promiſit pro ſeipſo & ſucceſſoribus ſuis, quòd auxiliabit Ducem *Britanniæ*, contra omnes inimicos. Data apud *Weſtminſter* 23. die Martii.

Membrana 26.

Ricardus Scathehooke, qui in comitiva *Walteri Blount* Domini *Mountjoye*, Capitanei exercitûs miſſi Duci *Britanniæ* profecturus eſt, habet literas de protectione. Teſte ut ſuprà 14. die Septembris.

Membranæ 23. 22. & 21.

De concordia pro triginta annis de intercurſu mercandiſarum, & piſcatione ſuprà mare inter Regem *Angliæ* & Ducem *Britanniæ*.

Membrana 20.

De concordia ad tranſmittendum tria millia ſagittariorum in ſuccurſum Ducis *Britanniæ*. Data apud *Weſtminſter* 3. die Auguſti.

Digitized by Google

An. Dom. 1468. 1469.

Membrana 18.

De poteſtate commiſſa *Thomæ* Epiſcopo *Roffenſi*, Cuſtodi privati ſigilli ad tractandum cum Commiſſariis Adverſarii *Franciæ*, de pace ſeu de treugis. Teſte ut ſuprà 1. die Auguſti.

Membranæ 11. & 10.

Pro inhabitantibus inſularum de *Guerneſy* & *Jereſey*, ad emendum mercandiſas in *Anglia*, & eas ducendas in inſulas prædictas, &c. abſque ſolutione cuſtumæ in reſolutione ſumme 2833 liv. 6 ſ. 8 d. circa reductionem inſulæ de *Jerſey* & caſtri de *Montorgueil*, ad obedientiam Regis quod ipſi expenderunt. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 28. die Januarii.

Membrana 5.

De perpetua amicitia inter Regem *Angliæ* & Regem *Aragoniæ*. Data apud *Weſtminſter* 20. die Octobris.

Membrana 1.

De inquirendo de terris, tenementis & poſſeſſionibus Regi pertinentibus infra villam *Caleſiæ* & alibi, necnon de metis & bundis eorundem & per quæ ſervitia ſeparatim tenentur. Teſte ut ſuprà 23. die Februarii.

An. Dom. 1469. 1470.

Rotulus Franciæ de anno 9. Edwardi IV.

Membrana 28.

Johannes Guy qui in comitiva *Ricardi* Comitis *Warwic*, Capitanei villæ & caſtri *Caleſiæ* ac Marchiarum ibidem moratur, habet literas de protectione. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 17. die Aprilis.

Membrana 18.

De poteſtate commiſſa *Johanni Pront* Majori ſtapulæ *Caleſiæ*, *Willelmo Caxton*, *Willielmo Roſſe*, *Ricardo Ronehede*, *Philippo Hardbeen*, *Willielmo Bracebrigg*, *Hugoni Bryce*, *Radulfo Tykehill*, *Johanni Challey*, *Ricardo Helberby*, *Thomæ Stephenſon*, *Willielmo Spitelyng*, *Willielmo Brerely*, *Johanni Draper*, & *Willielmo Shore*, ad conveniendum cum Mercatoribus Ducis *Burgundiæ* in opido *Brugenſi*, & ibidem tractandi de & ſuper differentiis tangentibus intercurſum mercandiſarum occaſione quarundam ordinationum in ſtapula *Caleſiæ*, pro prohibitione pannorum *Angliæ* in patrias ejuſdem Ducis ducendorum. Teſte Rege apud *Dogmersfeld* 23. Maii.

Membrana 14.

De ſalva gardia pro Ambaſſiatoribus Ducis *Burgundiæ*, videlicet, *Johanne* Domino de *Crequy*, & Magiſtro *Martino Steenberch* Decano, in regnum *Angliæ* veniendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 18. die Septembris.

Membrana 13.

De poteſtate commiſſa *Johanni* Domino de *Wenlok*, *Johanni Scot* Militi, *Johanni Pront*, *Willielmo Caxton*, *Willielmo Roſſe*, & *Ricardo Rouchede* ad conveniendum cum Commiſſariis Ducis *Burgundiæ* in oppido *Brugenſi*, & ibidem tractandi de & ſuper differentiis tangentibus intercurſum mercandiſarum. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 6. die Maii.

De ſalvo conductu pro *Karolo* fratre Regis *Franciæ*, infra Regnum *Angliæ* veniendo. Teſte ut ſuprà.

De poteſtate commiſſa Epiſcopo *Roffenſi*, *Johanni Wenlok*, *Johanni Scot* Militi, Magiſtro *Willielmo Hatteclyffe*, *Thomæ Vaughan*, Magiſtro *Johanni Ruſſell*, & Magiſtro *Henrico Sharp* ad tractandum cum Societate de *Hanſa* de pace. Teſte ut ſuprà 12. die Maii.

Membrana 2.

Pro eiſdem ad tractandum cum Nuntiis Ducis *Burgundiæ*, de & ſuper differentiis tangentibus intercurſum mercandiſarum. Teſte ut ſuprà 15. die Maii.

Membrana

Digitized by Google

AN. DOM. 1469. 1470.

Membrana 3.

De ſalvo conductu pro Ambaſſiatoribus *Franciæ*, videlicet, *Willielmo Manypeny* Milite, Magiſtro *Willielmo Rouſſell*, & Magiſtro *Willielmo Purſceaun*, in regnum *Angliæ* veniendis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 27. die Januarii.

Rotulus Franciæ de anno 10. *Edwardi IV.*

AN. DOM. 1470. 1471.

Membrana 11.

DE conſtituendo *Johannem Wenlok*, Militem, Locumtenentem villæ *Caleſiæ*, & Marchiarum ibidem. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 26. die Maii.

Membrana 10.

De poteſtate commiſſa Magiſtro *Johanni Gunthorp*, Magiſtro *Johanni Alcock*, *Bernardo de la Forſe* Armigero, ad tractandum cum Commiſſariis Regis *Caſtellæ* de pace ſeu de treugis. Teſte Rege apud *Staunford* 14. die Martii.

Membrana 6.

De conſtituendo *Oterwelum Worſeley* Armigerum, Locumtenentem caſtri *Caleſiæ* & turris de *Ryſebank*. Teſte Rege apud *Novam Sarum* 25. die Aprilis.

De conſtituendo *Johannem Blount* Armigerum, Locumtenentem caſtri de *Hammes*, & Marchiarum ibidem. Teſte ut ſuprà.

De conſtituendo *Ricardum Whetehill* Armigerum, Locumtenentem caſtri de *Guyſnes* & Marchiarum ibidem. Teſte ut ſuprà.

De officio Ballivi de *Sandgate* & de *Hammes*, conceſſo *Johanni Young*. Teſte Rege apud *Southampton* 1. die Maii.

Membrana 5.

De conſtituendo *Antonium Wydeville*, Capitaneum armatæ Regis. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 23. Junii

Membrana 4.

De conſtituendo *Thomam* Dominum *Howard*, Locumtenentem villæ & caſtri *Caleſiæ*. Teſte ut ſuprà 2. die Julii.

Membrana 1.

De conſtituendo *Antonium Wydevylle* Locumtenentem villæ & caſtri *Caleſiæ*, turris de *Ryſebank* ac caſtri de *Guyſnes*, & Marchiarum ibidem. Teſte ut ſuprà 16. die Junii.

Rotulus Franciæ de anno 11. *Edwardi IV.*

AN. DOM. 1471. 1472.

Membrana 31.

DE ſalvo conductu pro Mercatoribus de *Janua*. Teſte Rege apud *Weſtminſter* 6. die Maii.

Membrana 28.

De conſtituendo *Ricardum Whetehill* Armigerum, Locumtenentem caſtri de *Guyſnes* in partibus *Picardiæ*. Teſte ut ſuprà 28. die Julii.

De officio Artillarii infra villam *Caleſiæ*, conceſſo *Johanni Hawbrake*. Teſte ut ſuprà 31. die Julii.

Membrana 20.

De poteſtate commiſſa *Jacobo Goldwell* Decano, & *Thomæ Vaughan* Theſaurario Cameræ Regis, ad tractandum cum Commiſſariis Regis *Franciæ*, de & ſuper treugis. Teſte ut ſuprà 1. die Septembris.

Digitized by Google

An. Dom. 1471. 1472. De confirmatione treugarum cum *Francia*, duraturarum uſque ad primum diem Maii proximo venturum. Teſte ut ſuprà 5. die Septembris.

Membrana 18.

De conſtituendo *Johannem* Dominum de *Haſtinges*, Locumtenentem villæ & caſtri de *Caleſiæ* & turris de *Ryſebank*, ac Marchiarum ibidem. Teſte ut ſuprà 17. die Julii.

